

## APOLOGETICUS CONTRA THEODORETUM

## ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΟΣ Α'

**1152** Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ <sup>PG</sup> <sub>76, 392</sub> τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἄγίαν Παρθένον, γεγένηκε γάρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου ἀνατροπὴ τῶν δώδεκα κεφαλαίων

‘Ημεῖς δέ, δοι ταῖς εὐαγγελικαῖς ἀκολουθοῦμεν φωναῖς, οὐ σάρκα φύσει γεγονέναι, οὐδὲ εἰς σάρκα μεταβληθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον φαμέν· ἀτρεπτὸν γάρ τὸ Θεῖον καὶ ἀναλοιώτων· διὸ καὶ Δαυὶδ ὁ προφήτης λέγει· «Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν»· ὅπερ Παῦλος ὁ μέγας, ὁ τῆς ἀληθείας κήρυξ, εἰς τὸν Γίδον εἰρησθαι ἐν τῇ πρὸς Ἐβραίους ἐδίδαξε. Καὶ ἔτέρωθι δὲ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· «Ἐγὼ εἰμί, καὶ οὐκ ἡλιοίωμαι». Εἰ οὖν ἀτρεπτὸν τὸ Θεῖον καὶ ἀναλοιώτων, τροπῆς ἔστι, καὶ μεταβολῆς ἀνεπίδεκτον· εἰ δὲ ἀδύνατον τραπῆναι τὸ ἀτρεπτὸν, οὐκ ἐγένετο σάρξ ὁ Θεὸς Λόγος τραπεῖς, ἀλλ’ ἀνέλαβε σάρκα, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν,

## ANATHEMATISMUS I

**1152** Si quis non confitetur Emmanuelem vere Deum esse, et ob id <sup>PG</sup> <sub>76, 391</sub> sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum): anathema sit.

*Theodoreti episcopi Cyri reprehensio duodecim capitum*

Nos autem quicunque voces evangelicas sequimur, non carnem naturaliter factum, neque in carnem conversum Deum Verbum dicimus; inconvertibilis, est enim immutabilisque divinitas: unde et propheta David dicit: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficiunt*,<sup>1</sup> quod Paulus magnus veritatis praeco de Filio dictum, in Epistola ad Hebraeos docuit;<sup>2</sup> et alibi per prophetam ait Dus: *Ego sum, et non mutor*.<sup>3</sup> Si igitur inconvertibilis est immutabilisque Divinitas, conversionis et mutabilitatis non est capax. Si autem impossibile est converti inconvertibilem, non est factum caro Deus Verbum, ita

<sup>1</sup> Ps. CI, 28.

<sup>2</sup> Hebr. I, 12.

<sup>3</sup> Malach. III, 6.

\*393 κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων φωνήν. Καὶ τοῦτο σαφῶς δὲ θειότατος Παῦλος λέγων ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους φησί· «Τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, δέ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· \* δές ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἵσα Θεῷ, ἀλλ’ ἔσυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβῶν». Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ οὐκ ἐτράπη εἰς δούλου μορφήν, ἀλλὰ μένουσα δὲ ἦν, ἔλαθε τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Τοίνυν οὐ γέγονε σάρξ δὲ Θεὸς Λόγος, ἀλλὰ σάρκα ἔωσαν καὶ λογικὴν ἀνέλαθεν οὐκ αὐτὸς φύσει ἐκ τῆς Παρθένου γεγένηται συλληφθείς, καὶ διαπλασθείς, καὶ μορφωθείς, καὶ ἀρχὴν ἐκεῖθεν τοῦ εἶναι λαβῶν, δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων, καὶ Θεὸς ὄν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὄν, καὶ τῷ Πατρὶ συνών, καὶ μετὰ Πατρὸς γνωριζόμενός τε καὶ προσκυνούμενος· ἀλλ’ ἔσυτῷ ναὸν ἐν τῇ παρθενικῇ γαστρὶ διαπλάσας, συνῆν τῷ πλασθέντι καὶ γεννηθέντι. Οὗ χάριν καὶ τὴν ἄγιαν ἐκείνην Παρθένον Θεοτόκον προσαγορεύομεν, οὐχ ὡς Θεὸν φύσει γεννήσασαν, ἀλλ’ ὡς ἀνθρώπινον τῷ διαπλάσαντι αὐτὸν ἡγνωμένον Θεῷ. Εἰ δὲ οὐκ ἀνθρωπὸς δὲν γαστρὶ τῆς Παρθένου διαπλασθείς, ἀλλὰ Θεὸς Λόγος, δὲ πρὸ αἰώνων, ποίημα ἄρα οὖν Πνεύματος δὲ Θεὸς Λόγος· «Τὸ γάρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, φησὶν δὲ Γαβριήλ, ἡ Πνεύματός ἐστιν ἄγιον». Εἰ δὲ ἀκτιστος δὲ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος,

\*394 ut sit conversum, sed assumpsit carnem, et inhabitavit in nobis, secundum evangelicam vocem.<sup>1</sup> Et hoc explicans sacratissimus Paulus in Epistola ad Philippenses \* ait: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.*<sup>2</sup> Palam igitur est ex his, quae dicta sunt, quia Dei forma mutata non est in servi formam; sed manens quod erat, assumpsit formam servi. Igitur non est factum caro Deus Verbum, sed carnem viventem et ratione praeditam assumpsit: non ipse naturaliter e Virgine natus, et conceptus, et figuratus, atque formatus, et existendi principium exinde assumens, qui ante saecula et Deus est, et apud Deum, et cum Patre est, et cum Patre cognoscitur et adoratur; sed, templum sibi in utero virginali formans, erat cum formato et nato. Quamobrem et sanctam illam Virginem Dei Genitricem appellamus, non quasi Deum natura generaverit, sed tanquam hominem unitum Deo, qui finxit eum. Si autem non est homo, qui in utero Virginis formatus est, sed Deus Verbum, quod ante saecula est; factura igitur Spiritus erit Deus Verbum: *Quod enim in ea natum est*, inquit Gabriel, *ex Spiritu sancto est.*<sup>3</sup> Si autem increatum est unigenitum Dei Verbum,

<sup>1</sup> Io. I, 1-4.

<sup>2</sup> Philipp. II, 5-7.

<sup>3</sup> Matth. I, 20.

καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιός τε καὶ συναίδιος, οὐκέτι πλάσμα ἢ κτίσμα τοῦ Πνεύματος. Εἰ δὲ οὐ τὸν Θεὸν Λόγον τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου διέπλασε, λείπεται νοεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν καὶ πλασθῆναι, καὶ μορφωθῆναι, καὶ κυηθῆναι, καὶ γεννηθῆναι φύσει. Ἐπειδὴ δὲ οὐ γυμνὴ ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, ἀλλὰ ναὸς ἦν, ἔνοικον τὸν Θεὸν Λόγον ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· «Ἐν αὐτῷ γάρ, φησίν, ηὔδοκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς»· οὐκ ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ Θεοτόκον τὴν Παρθένον προσαγορεύομεν· τὴν μὲν τῇ διαπλάσει, καὶ μορφώσει, καὶ ἐνώσει, τὴν δὲ τῇ ἐνώσει τιθέντες προσηγορίαν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ τεχθὲν βρέφος Ἐμμανουὴλ προσαγορεύεται, οὕτε Θεὸς ἀνθρωπίας φύσεως κεχωρισμένος, οὕτε ἀνθρωπὸς γεγυμνωμένος θεότητος· τὸ γάρ Ἐμμανουὴλ τὸ μεθ' ἡμῶν ἔρμηνεν εἶναι Θεόν, κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων φωνήν· τὸ δὲ «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός», καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ληφθέντα δηλοῦ, καὶ τὸν ἀνειληφότα Θεὸν Λόγον κηρύττει. Οὐκοῦν τὸ βρέφος Ἐμμανουὴλ διὰ τὸν ἀνειληφότα Θεόν, καὶ Θεοτόκος ἡ Παρθένος διὰ τὴν πρὸς τὴν κυηθεῖσαν δούλου μορφὴν ἔνωσιν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς· οὐ γάρ εἰς σάρκα ὁ Θεὸς Λόγος ἐτράπη, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν.

Patrique consubstantiale et coaeternum, non est formatum, aut creatum a Spiritu. Si vero Deum Verbum in utero Virginis Spiritus sanctus non formavit, restat intelligi servi formam et fictam, et formatam, et conceptam, et natam esse naturaliter. Quia vero non erat nuda a Dei forma, sed templum erat inhabitantis Dei Verbi, secundum Pauli vocem: *In ipso enim, inquit, complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter;*<sup>1</sup> non hominis genitricem, sed Dei Genitricem Virginem appellamus; illam quidem figmento, et formationi, et conceptui, hanc autem unitioni imponentes appellationem. Propterea et natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus. Emmanuel enim nobiscum interpretatur esse Deum, secundum evangelicam vocem. Illud autem: *Nobiscum Deus,*<sup>2</sup> et ex nobis pro nobis assumptum significat, et assumentem Deum Verbum praedicat. Ergo infans Emmanuel dicitur propter assumentem Deum; et Dei Genitrix Virgo, propter unionem formae Dei ad conceptam servi formam. Non enim in carnem Deus Verbum conversum est, sed Dei forma assumpsit servi formam.

<sup>1</sup> Coloss. I, 19; II, 9.

<sup>2</sup> Matth. I, 23.

## 'Απολογία Κυρίλλου

\*396

Πλείστην δοσην πεποιήμεθα τὴν καταδοήν τῶν δύμολογεῖν οὐκ ἀνεχομένων Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μὴν ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἄγια Παρθένος, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ \* Λόγον, ὅτι γέγονε σάρξ, τουτέστιν ἀνθρωπὸς. Ὁ δὲ τῶν οὕτως ὁρθῶν εἰρημένων κατήγορος, εἰ μὴ Θεὸν οἴδε κατὰ ἀλήθειαν δύντα τὸν Ἐμμανουὴλ, εἰ μὴ γεγέννηται κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, σάρξ γεγονώς, ὁ Θεοῦ Λόγος κατὰ τὰς Γραφάς, τί μὴ μᾶλλον ἔφασκεν ἐναργῶς· Τί δρᾶς, διὸ γεννᾷς; δεινάς τε καὶ παλιμφήμους ἐρεύγῃ φωνάς; τῶν τῆς ἀληθείας κατανεανιεύη δογμάτων; Οὐκ ἔστι Θεὸς κατὰ ἀλήθειαν ὁ Ἐμμανουὴλ, οὔτε μὴν Θεοτόκος ἡ ἄγια Παρθένος· οὐα καὶ ἡμεῖς ταῦτα βοῶντι, καὶ λέγοντι, τὰ ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀντανιστάντες ἐμφρόνως, καὶ τῆς ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, καὶ τὴν τῶν Πατέρων δύμολογίαν τῶν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένων ἀντεξάγοντες, δυσωπήσωμεν, ὡς οὔτε ὁρθῶς, οὔτε μὴν ἐν κόσμῳ τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐπιπλήττειν ἐπιχειρεῖ, μᾶλλον δὲ ἀνέδυν ταῖς θείαις μάχεται Γραφαῖς. 'Αλλ' ὁ σοφὸς καὶ ἀγχίνους ἐξηγητής, ἢ μὲν ἦν εἰκός τε καὶ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, παρήλασε, πεφροντικῶς δὲ ὅλως τῶν τοιούτων οὐδενός, ἐφ' ἔτέρων ἵεται τρίθον. Ἐπράπετο γάρ εὐ-

*Cyrilli defensio*

\*395

Valde multum declamavimus adversus eos qui confiteri non patiuntur Emmanuelem vere esse Dei Verbum, et sanctam Virginem Dei Genitricem, quod Dei Verbum secundum carnem genuerit, \* quando factum est caro, hoc est homo. Accusator vero horum sic recte dicitorum, si non novit, Emmanuelem vere Deum esse, si non secundum carnem ex sancta Virgine carnem factum Dei Verbum, ut scriptum est, cur non potius clare dixit: Quid agis, vir egregie? absurdas et contrarias evomis voces: cur dogmatibus veritatis iuveniliter insultas? Non est secundum veritatem Deus Emmanuel, neque Dei Genitrix sancta Virgo: ut et nos ita clamanti atque dicenti, e Scriptura divina resistentes prudenter, et apostolicae atque evangelicae fidei traditionem Patrumque confessionem, qui olim Nicaeae congregati sunt, contra proferentes, convinceremus, eum nostris dictis reprehensionem neque recte, neque honeste moliri, magis autem cum divinis Scripturis impudenter pugnare. Sed sapiens et astutus enarrator, quae quidem dicere decebat et necessarium erat, praetermitiens, et omnino de talibus nihil cogitans, alia aggreditur via. Confestim enim se convertit ad necessitatem astruendi conversione su-

Θὺς ἐπὶ τὸ δεῖν ἀποφαίνειν, ὅτι τροπῆς ἀμείνων ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ οὐκ εἰς φύσιν μετεποιήθη σαρκός, ὡς τοῦτο κρατύνοντος, καὶ ἀληθέστερον φαίνειν ἐθέλοντος τοῦ ἀναθεματισμοῦ. Ἀκουέτω τοίνυν, ὑπαντάν οἵς ἀντιλέγει κατ' οὐδένα τρόπον εἰδώς· Εἴκαιοι λογεῖς, ἀνθρωπε, καὶ μάχη φρονήματι μεμισημένῳ καὶ πρὸς ἡμῶν. "Ισμεν γάρ, ὅτι τροπῆς ἐπισκίασμα παθεῖν ἡ θεία τε καὶ ὑπερτάτη φύσις οὐκ ἀνέχεται· οὕτε μὴν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὸ εἶναι μεθεῖς ὅπερ ἔστιν, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μετακεχώρηκε φύσιν. Ἐπειδὴ δέ φησι, παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς μορφὴν ἀναληφθῆναι δούλου, διδασκέτω παρελθών, εἰ δίχα τῶν ὑποστάσεων μόνα καὶ καθ' ἔστιτάς αἱ μορφαὶ συνῆλθον ἀλλήλαις. Ἄλλ', οἷμαι, καταθαλεῖ καὶ αὐτὸς ἔστιτὸν αὐτόθιν οὐ γάρ διμοιότητες ἀπλῶς ἀνυπόστατοι, καὶ μορφαὶ συνένησαν ἀλλήλαις καθ' ἔνωσιν οἰκονομικήν, ἀλλὰ πραγμάτων, ἥγουν ὑποστάσεων γέγονε σύνοδος, ἵνα καὶ ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγος ἀληθῶς γενέσθαι πιστεύηται. Οὐκοῦν εἰ λέγοιμεν σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, οὐ σύγχυσιν, οὐ φυρμόν, οὐ τροπήν, οὐκ ἀλλοίωσιν συμβῆναι περὶ αὐτὸν φαμεν, ἡνῶσθαι δὲ μᾶλλον ἀφράστως καὶ ἀποβρήτως σώματι ψυχὴν ἔχοντι νοεράν. Τὸ δὲ ἐνοῦσθαι λεγόμενον οὐ συγχεῖται πάντως, ἐν προσλήψει δὲ μᾶλλον ἔτερου γίνεται. Διαδεδαιούμεθα τοίνυν τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ἐν προσλήψει γεγονότα τῆς ἀγίας τε καὶ ἐμψύχου σαρκός, ἐνωθέντα τε κατὰ ἀληθειαν ἀσυγχύτως, ἐκ μήτρας αὐτῆς προελθεῖν ἀνθρωπον, μεμενηκέναι δὲ καὶ οὕτω Θεὸν ἀληθινόν· ταῦτη τοι

perius esse Dei Verbum, nec in naturam carnis transformatum esse: quasi vero anathematismus id confirmet, ac ostendere velit. Audiat itaque, qui occurrere his, quibus contradicit, nullo modo novit: Superflue loqueris, homo, et repugnas sententiae odiosae etiam apud nos. Novimus enim quod conversionis obumbrationem sustinere divina et suprema natura non patitur: sed neque Dei Verbum esse desinens hoc quod est, in naturam transiit carnis. Quia vero ait a Dei forma assumptam servi formam, doceat in medium procedens, si absque subsistentiis solae et per se formae convenerunt inter se. Sed, existimo, ipse se statim evertet. Non enim similitudines simpliciter non subsistentes, et formae convenerunt inter se per unionem dispensatoriam, sed rerum sive substantiarum concursus est factus, ut inhumanationis ratio vere facta credatur. Ergo si dicemus carnem factum Verbum, non confusionem, non misturam, non conversionem, aut immutationem contigisse dicimus circa ipsum, sed unitum potius ineffabiliter et inenarrabiliter corpori animam habenti intellectivam. Quod autem uniri dicitur, non statim confunditur, sed potius alterum assumit. Affirmamus igitur Verbum, quod ex Deo Patre est, assumpsisse sanctam et animatam carnem, unitumque secundum veritatem inconfuse, ex utero ipso processisse hominem, permansisse

καὶ Θεοτόκος ἔστιν ἡ ἀγία Παρθένος. Περιπτὸν δὲ οἷμαι τὸ δεῖν οἰεσθαι καὶ ἀνθρωποτόκον εἰπεῖν αὐτήν. Εἰ μὲν γὰρ ἡσάν τινες ἐκ πολλῆς ὅγαν φρενο-  
 \*397 βλαβείας λέγοντες, τὴν τοῦ Λόγου φύσιν, πηγὴν ὥσπερ τινά, καὶ τῆς ἴδιας  
 ὑπάρχεως ἀρχὴν ἐσχημέναι τὴν σάρκα, τάχα τις ἦν οὐκ ἀπὸ \* σκοποῦ καὶ  
 ἀπόδηλης λόγος τοῖς ἐθέλουσιν ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν.  
 Ἐπειδὴ δὲ βθελυρὰ καὶ ἀπηχθημένη παρὰ πᾶσιν ἔστιν ἡ τοιαύτη δόξα, νοεῖ-  
 ται δὲ οὐχ ἑτέρως Θεοτόκος ἡ ἀγία Παρθένος, εἰ μὴ παρεισδέξαιτο τις τὴν  
 πίστιν τοῦ, διτὶ γέγονε σάρξ, τουτέστιν ἀνθρωπος, δὲ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λό-  
 γος· οὐ γάρ που θεότητα γυμνήν, ὡς ἔφην, ἐκτέτοκεν ἡ ἀγία Παρθένος· τί  
 τὸ τῆς ἐνστάσεως ὄφελος τῶν χρῆναι λεγόντων ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρω-  
 ποτόκον αὐτήν; Ἄλλ’, ὡς ἔοικεν, ἐξεύρηται τι πικρὸν αὐτοῖς κατὰ Χριστοῦ  
 σκαιώρημα. Οὐ γάρ ἀνέχονται φρονεῖν, ἡ λέγειν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πα-  
 τρὸς προσιώνιον Γίόν, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως,  
 ἐκ μήτρας ἐνωθῆναι σαρκὶ ψύχην ἔχούσῃ τὴν λογικήν, οὕτω τε γενέσθαι  
 καθ’ ἡμᾶς ἀνθρωπον· ἀλλ’ ὡς ἔνα τῶν ἀγίων ἔνοικον ἔχοντα Θεὸν διακη-  
 ρύττειν ἐπειγονται, καὶ φρονεῖν ἀναπείθουσιν, οὐκ ἐννοοῦντες, διτὶ καὶ ἐν  
 ἡμιν ἔστι διὰ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἐν ἀγίοις ναοῖς, δὲ τῶν ὅλων Θεός. Γέγρα-  
 πται γάρ, διτὶ «Οὐκ οἴδατε, διτὶ ναὸς Θεοῦ ἔστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ

autem etiam sic Deum verum: ideoque et Dei Genitrix est sancta Virgo. Superfluum autem arbitror existimare, hominis etiam genitricem eam dici oportere. Nam si quidem essent aliqui ex multa ve-  
 sania dicentes, Dei Verbi naturam veluti fontem quemdam et pro-  
 priae exsistentiae principium habuisse carnem; forte fuisset aliqua non absurdia et contemnenda ratio volentibus, eam etiam hominis  
 \* genitricem nominari oportere. Quia vero abominabilis et odiosa qui-  
 dem apud omnes est huiusmodi opinio, neque aliter intelligitur, Dei  
 Genitricem esse sanctam Virginem, nisi primum quis credat, quod  
 Verbum, quod ex Deo Patre, factum sit caro, hoc est homo (non  
 enim certe divinitatem nudam, sicuti dixi, peperit sancta Virgo);  
 quae est huius instantiae utilitas, dicentium oportere nominari eam  
 et hominis genitricem? Sed sicut apparent, inventa ab eis est contra  
 Christum virulenta quaedam machinatio. Non enim patiuntur sapere  
 vel dicere, ipsum, qui ex Deo et Patre est ante saecula Filius, in no-  
 vissimis saeculi temporibus inconfuse, inconvertisibiliter, ex utero  
 unitum carni animam habenti rationalem, sique factum similem  
 nobis hominem: sed, tanquam unum sanctorum, inhabitantem ha-  
 buisse Deum praedicare conantur, et hoc sentiendum suadent, non  
 considerantes, quod et in nobis est per Spiritum, sicut in sanctis  
 templis, omnium Deus. Scriptum est enim: *Nescitis, quia templum Dei  
 Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei*

οίκει ἐν ὑμῖν; Εἰ τις οὖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρῃ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γάρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἄγιός ἐστιν, οἱ τινές ἐστε ὑμεῖς». Ἀλλ' εὶ καὶ ὀνομάσμεθα ναοὶ Θεοῦ, Θεὸν ἔχοντες τὸν ἐνοικοῦντα διὰ τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἔτερον ἴσμεν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν τρόπον· ἡγῶσθαι γάρ τῷ Θεῷ Λόγῳ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα φαμέν, ψυχῆς δηλονότι τῆς λογικῆς ἐνούσης αὐτῇ. Ἐποθόμην δ' ἂν ἡδέως αὐτοῦ· πότερα δὴ τὴν ἐνωσιν τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἥγουν τὴν πρὸς τὸ ἄγιον σῶμα, τὸ καὶ ψυχωθὲν νοερῶς, πεπρᾶχθαι φησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἢ τοῖς ἄλλοις ὅμοιοις καὶ αὐτὸς κατὰ συνάρφειαν σχετικὴν δουλοπρεποῦς καὶ ἀνυποστάτου μορφῆς πρὸς ἐνυπόστατον καὶ θείαν μορφήν, ἢ καθ' ἔτερον τρόπον, κατὰ μόνην τῆς νίστητος τὴν ὅμωνυμίαν, καὶ κατὰ τὴν ἵστητα τῶν ἀξιωμάτων; εἴπερ τις ἄλλος συναφείας αὐτοῖς νοεῖται τρόπος. Ἀλλὰ γάρ, ὡς ἔσικε, παρενοχλῶ μάτην· πεποίημαι δὲ περιττῶς τὴν πεῦσιν, ἔχων αὐτοῦ φωνὰς καὶ σαφῆ τὴν ὅμοιογίαν. Ἐν γάρ τοι τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ φησὶν αὐταῖς λέξεσιν ὅδε· Διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν βρέφος προσαγορεύεται Ἐμμανουὴλ, οὔτε Θεὸς ἀνθρωπείας κεχωρισμένος φύσεως, οὔτε ἀνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος. "Εδει μὲν οὖν αὐτὸν ἀκριβῆ καὶ τετορνευμένην τὴν περὶ γε τούτων ἀφήγησιν ποιεῖσθαι φιλεῖν. Πλὴν ἐκεῖνο τέως ἐπισημάνασθαι χρή· ίδού γάρ ἐνθάδε καὶ μάλα σαφῶς διερμηνεύων αὐτὸς τὴν ἐνωσιν, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι φοσὶ τὸν Θεόν.

*corruperit, corrumpet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.<sup>1</sup>* Sed licet nominemur templo Dei, cum Deum habeamus inhabitantem per Spiritum; attamen alterum novimus modum sacramenti secundum Christum. Vere enim unitam esse Deo Verbo carnem asserimus, anima utique rationali praeditam. Libenter autem eum percontarer, utrum unionem Verbi ad humanitatem, sive ad sanctum corpus animatum intellectiva anima, vere factam dicat, an cum aliis simul et ipse dicat, secundum copulationem, quae per habitudinem est, servilis et non subsistentis formae ad subsistentem et divinam formam; aut alio modo, secundum solam filiationis aequivocationem, et secundum aequalitatem dignitatum<sup>2</sup> si tamen hic esse omnino copulationis modus intelligitur. Sed enim, sicut appareat, frustra molestus sum, et interrogationem superfluam facio, habens eius voces apertamque confessionem. In primo namque capitulo ipsis verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus. Oportebat sane, eum accuratam et exactam explanationem his de rebus efficere. Verumtamen illud interim observare convenit: ecce enim hoc loco et quidem clare interpretans ipse unionem, ab humana natura non separatum fuisse dicit Deum; simul etiam con-

<sup>1</sup> I Cor. III, 16-17.

προσομοιογεῖ δέ, ὅτι καὶ ἔνα καθ' ἔνωσιν οἰκονομικὴν οἶδεν ὅντα τὸν Χριστόν, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπὸν. Εἴτα πῶς οὐκ ἐρυθριᾶ, τοῖς παρ' ἡμῶν γεγονόσιν ἐπιπλήττων λόγοις;

## CONTRA IULIANUM (ca 433)

PG  
76, 809

Lib. VI. [...] Ἡμεῖς δέ, ὃ κράτιστε, φαίμεν ἄν, οὐχ, ὡς σὺ νενόμικας, 1153  
τεθεοποιήκαμεν ἀνθρωπὸν, καὶ τὸν οὐκ ὅντα φύσει Θεὸν ἀξιοῦμεν προσκυνεῖν, αὐτὸν δὲ δὴ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ προσπεφγότα Λόγον, τὸν δὲ οὖτα πάντα παρήχθη πρὸς ὑπαρξίν, διασῶσαι κρίναντα τὸ ἀνθρώπινον γένος, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι φαμεν, καὶ προελθεῖν ὡς ἀνθρωπὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, ἵν', ἐπειδὴπερ ἀπρόσθλητός τέ ἐστι καὶ κατ' οὐδένα τρόπον οἰστή, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποπτος παντελῶς ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος αὐτοῦ δόξα, χρόνους τινὰς ὡρισμένους, ὡς εἰς ἔξ ἡμῶν, καθὸ πέφηνεν ἀνθρωπὸς, οἰκονομικῶς συνδιαιτώμενος τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τίς μὲν ὁ φύσει καὶ μόνος τῶν ὅλων ἐστὶ Θεός, ἀναπείση φρονεῖν, ἀρετῆς δὲ ἀπάσης ἀποφήνας ἐπιστήμονας, ἔκατῷ συνάψῃ δι' ἀγιασμοῦ, καταργήσας πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἔξουσίαν καὶ δύναμιν πονηράν, καὶ τῶν ψευδωνύμων ἀπαλλάξας θεῶν.

PG  
76, 928  
\*929

[...] Πέπομφε χρειωδῶς ἔξ οὐρανοῦ τὸν ἕδιον Γίδον ὁ Πατήρ, δές δὴ καὶ 1154  
ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφήν, ἵν' ἡμῖν συνδιατρίψας ὡς ἀνθρωπὸς, καὶ τρισμα-  
καρίους ἀποφήνη, καὶ παντὸς \* ἐπέκεινα γεγονότας κακοῦ. Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν

fitetur quia et unum secundum unionem dispensatoriam novit existere Christum, eumdem videlicet et Deum simul et hominem. Quomodo ergo non erubescit, dum ea, quae diximus, reprehendit?

PG  
76, 810

Lib. VI. [...] Nos autem, Iuliane, tibi respondebimus, non, ut 1153  
existimas, hominem Deum fecimus, nec eum, qui natura Deus non  
sit, adorandum suscipimus; sed ipsum potius, quod ex Patre prodiit,  
Verbum, per quod in ortum omnia producta sunt, quod cum genus  
humanum servare decrevisset, incarnatum et hominem factum  
fuisse dicimus, et in forma hominis ex sancta Virgine prodiisse, ut,  
quoniam inaccessa est, nec ullo modo comprehendi aut aspici potest  
divina et ineffabilis eius gloria, temporibus quibusdam definitis,  
velut unus ex nobis, in quantum homo apparuit, ex divina disposi-  
tione conversans cum hominibus, quis ille natura et solus sit universi  
Deus, in animos induceret, omnisque virtutis peritos, falsisque diis  
solutos per sanctificationem sibi coniungeret, destructo omni prin-  
cipatu, et omni potestate, nefarioque dominatu.

PG  
76, 927

[...] Opportune e coelo Filium suum Pater demisit, qui humanam 1154  
utique formam subiit, ut nobiscum tanquam homo conversans, et  
felicissimos et omni malo superiores redderet. Nam cum immutabile

ἀτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ὡς Θεός, ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος τοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐκ ἐκ τῆς ἴδιας φύσεως τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ πεπλαστούργηκε σῶμα, δέχεται δὲ μᾶλλον παρ' ἡμῶν αὐτό, καὶ οὐκ ἔξι ὑπνου καὶ ἡδονῆς ἀνδρὸς ἐνεργήσαντος, ἀλλ' ἔξι ἀγίας Παρθένου, καινοπρεπῶς τε καὶ ξένως, καὶ πέρα τῶν τῆς φύσεως νόμων. "Εδει γάρ, ἔδει τοιαύτην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀπότεξιν, τὴν κατὰ σάρκα φημι καὶ ἐκ γυναικός, ἵνα ἔχῃ τὸ θεοπρεπές ἡ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάροδος καὶ ἀνάδειξις. Δυσκατόρθωτον δέ, ὡς ἔφην, παντελῶς οὐδὲν τῷ πάντα ισχύοντι, καὶ τὸ ἀπιστεῖν οὐκ ἀζήμιον, οἷς ἀν λέγοιτο δρᾶν, καὶ εἰπερ τῷ δοκῇ μὴ εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰκότος. "Εχει γάρ ὅδε τῶν παραδόξων τὸ χρῆμα. Οὐκοῦν καὶ εἰ τῆς τῶν δρωμένων ὑπερβολῆς ἡττώτο τυχὸν τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ μέτριον, οὐκ ἀτιμαστέον διὰ τοῦτο τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἀπόρρητον φύσιν, τὸ ἀδρανὲς αὐτῆς καθορίζοντας πρέποι δ' ἀν μᾶλλον, ἀπερ ἀν λέγοιτο κατορθοῦν, ἀθασανίστοις τιμᾶσθαι ψήφοις· ἡ τάχα που καὶ ἀπιστεῖν τὸ ἀπεικός οὐδέν, διτὶ καὶ ὅλως ἐστὶ τῶν ὅλων Δημιουργός. Τίς γάρ ἐν ἡμῖν ὁ συνιέναι τε καὶ φράσαι δυνάμενος, κατὰ τίνα τρόπον δι παμμεγέθης οὗτος ἐγήγερται τε καὶ πέφηνεν οὐρανός; καὶ ἥλιος δὲ ὅπως, καὶ σελήνη, καὶ τὰ λοιπά; Οὐκοῦν ἔξι ἀγίας Παρθένου τὸ πάναγνον σῶμα λαβόν, ψυχωθὲν ψυχῇ νοερῷ, προηλθεν ἀνθρωπος, οὐκ ἀπολέσας τὸ

• sit et alterationis expers secundum naturam, in quantum Deus, vivens illud ac subsistens Patris Verbum, non ex propria natura unitum sibi corpus formavit, sed ipsum potius cepit ex nobis, ac non e somno et voluptate, viri opera, sed ex sancta Virgine, novo et inusitato modo ac praeter naturae leges. Decebat enim, \* decebat talem eius esse partum, nempe secundum carnem, et ex muliere, ut divinae maiestati congrueret eius in mundum adventus et apparitio. At nihil est omnino, uti dixi, quod ab eo, qui omnia potest, perfici nequeat; nec impune cuiquam erit, si, quod facere dicitur, non crediderit, tametsi putet illud esse minus vero simile. Sic enim comparata sunt quae praeter opinionem hominum fiunt. Quare liet mentis nostrae mediocritas ab eorum quae fiunt exsuperantia vincatur, nihil tamen idcirco de supernaturali et ineffabili natura detrahendum est, imbecillitate ei ascripta; sed consentaneum magis est, quae perficere dicitur, ea citra disquisitionem reverenter probare; aut absurdum nihil utique fuerit, negare plane universi Opificem exsistere. Quis enim in nobis intelligere potest aut dicere, quo pacto vastissimum hoc coelum excitatum ac editum est; quo pacto sol item, ac luna, et reliqua? Itaque sanctissimo corpore assumpto ex sancta Virgine et anima intelligenti animato, homo prodiit, Dei natura non deperdita,

εῖναι Θεός, οὕτε μὴν τὸ τῆς ἴδιας ὑπεροχῆς ἀποθαλάν ἀξίωμα· καὶ γάρ  
ἔστιν, ὡς ἔφην, τροπὴν οὐκ εἰδώς.

<sup>PG</sup>  
<sup>76, 1012</sup> Lib. X. [...] "Εφη γάρ « σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον », τοῦτ' ἔστιν ἀνθρω-  
πον, οὐ τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἀλλοίωσιν ὑπομείναντα· τροπῆς γάρ ἐλεύθερον τὸ  
Θεῖον, καὶ τὸ ἀκλόνητον ἐν τούτοις οὐ θύραθεν αὐτῷ, ἐμπεφυκός δὲ μᾶλλον  
οὐσιωδῶς. "Οτι δὲ τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου πάναγνον σάρκα λαβὼν προῆγ-  
θεν ἀνθρωπός, καὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, πεπληροφόρηκεν, εἰπών· « Καὶ  
ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ».

ADVERSUS ANTHROPOMORPHITAS <sup>1</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>76, 1128</sup> Cap. XXVI. 'Ο μέγας ἐκεῖνος Μωσῆς, ὃτε τῆς βάτου τὸ πῦρ ἐξήπτετο,  
<sup>\*1129</sup> καὶ βάτος οὐκ ἐμαράνετο· « Διαβάς \* ὄψομαι, φησί, τὸ μέγα ὄφαμα τοῦτο »·  
οὐ τοπικήν, οἷμαι, κίνησιν δηλῶν διὰ τῆς « διαβάσεως », ἀλλὰ τὴν παροδικήν  
τοῦ χρόνου διάβασιν. Τὸ γάρ τότε διατυπωθὲν ἐν τῇ φλογὶ καὶ τῇ βάτῳ,  
διαβάντος τοῦ μέσου χρόνου, σαφῶς ἐν τῷ κατὰ τὴν Παρθένον μυστηρίῳ  
ἀνεκαλύφθη. 'Ως γάρ ἐκεῖ ὁ θάμνος καὶ ἀπτει τὸ φῶς καὶ οὐ καίσται· οὕτω  
καὶ ἡ Παρθένος ἐνταῦθα, καὶ τίκτει τὸ φῶς, καὶ οὐ φθείρεται. Εἰ δὲ βάτος

neque propriae excellentiae abiecta dignitate: quippe qui, ut dixi,  
mutationem nescit.

<sup>PG</sup>  
<sup>76, 1011</sup> Lib. X. [...] Dixit enim, *Verbum carnem factum esse*,<sup>2</sup> id est ho-  
minem, nullam passum mutationem in id quod non erat mutationis  
enim expers Deus est et mutationi in his non esse obnoxium, non  
aliunde, sed in se potius substantialiter habet. Quod autem ex sancta  
Virgine sanctissima carne assumpta homo prodierit, et quod erat  
manserit, plane comprobavit, dicens: *Et habitavit in nobis*.<sup>3</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>76, 1127</sup> Cap. XXVI. Magnus ille Moyses, quando ignis e rubo exarsit,  
<sup>\*1130</sup> neque tamen rubus flammæ vi atque ardore \* marcesceret, *Trans-  
iens video*, inquit, *magnam visionem hanc*:<sup>4</sup> per *transitum*, non lo-  
calem, ut arbitror, motum significans, sed certam quamdam tem-  
poris evolutionem. Quod enim tunc in flamma et rubo figuratum  
fuit, id elapso intermedio tempore manifeste in Virginis mysterio  
revelatum fuit. Quemadmodum enim illuc lumen virgultum accendit,  
neque tamen aduritur: ita etiam hic Virgo et parit lumen, et non

<sup>1</sup> De paternitate huius op. dubitant viri docti (cf. Cay I, 853: Bar II,  
163).

<sup>2</sup> Io. I, 14.

<sup>3</sup> Io. I, 14.

<sup>4</sup> Exod. III, 3.

● PG 76, 893, 896, 1149.

προδιατυποῖ τὸ Θεοτόκον σῶμα τῆς Παρθένου, μὴ ἐπαισχυνθῆς τῷ αἰνίγματι. Πᾶσα γάρ σάρξ διὰ τὴν τῆς ἀμαρτίας παραδοχήν, κατ' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι σάρξ ἔστι μόνον, ἀμαρτία ἔστιν. Ἡ δὲ ἀμαρτία παρὰ τῆς Γραφῆς τῇ τῆς «ἀκάνθης» ἐπωνυμίᾳ κατονομάζεται.

1157

Cap. XXVII. Ιερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν, καὶ ἐν τῷ τῆς προφητείας PG 76, 1129 χαρίσματι. Ἡ δὲ τῆς προφητείας δύναμις ἀνάγραπτος ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύσσεται, ὅτι προοδοποιοῦσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ θεία χάρις, μὴ τὸν ἐκ παρθενίας τόκον ἀπιστον ἥγησασθαι, τοῖς ἐλάττοσι θαύμασι προγυμνάζει τῶν ἀπίστων τὴν συγκατάθεσιν. Τῇ στείρᾳ καὶ παρήλικι τίκτεται παις. Τοῦτο προοίμιον τοῦ κατὰ τὴν Παρθένον μυστηρίου γίνεται. Ός γάρ Ἐλισάβετ οὐ φύσεως δυνάμει μήτηρ γίνεται, ἀγονος τὸν βίον καταγγράσσασα, ἀλλ’ ἐπὶ τὸ θεῖον βούλημα τοῦ παιδὸς ἡ γένεσις ἀναφέρεται· οὕτω καὶ τῆς παρθενικῆς ὡδίνος ἡ ἀπιστία τῇ, πρὸς τὸ Θεῖον ἀναφορᾷ τὸ πιστὸν ἔχει. Ἔπειδὴ τοίνυν προλαμβάνει τὸν ἐκ παρθενίας τόκον ὁ ἀπὸ τῆς στείρας, ὁ πρὸς τὴν φωνὴν τῆς κυοφορούσης τὸν Κύριον πρὸν εἰς φῶς προελθεῖν ἐν τῇ μητρῷ ωηδύνι σκυρτήσας· ἀμα δὲ παρῆλθε εἰς γένεσιν ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος, τότε λύεται τῷ Ζαχαρίᾳ διὰ τῆς προφητικῆς περιπνοίας ἡ σιωπή, καὶ δσα διεξέρχεται ὁ Ζαχαρίας, προφητεία τοῦ μέλλοντος ἦν· οὕτος τοίνυν ὁ τῷ προφητικῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τῶν κρυπτῶν γνῶσιν χειραγωγούμενος, τὸ μυστήριον τῆς παρθενίας ἐπὶ τοῦ ἀφθόρου τόκου κατανοήσας, οὐκ ἀπέ-

---

corruptitur. Si vero rubus figurata significat deiparum Virginis corpus, ne te offendat figura. Omnis enim caro, propter peccati susceptiōnem, ea ratione qua caro est tantum, peccatum est. Peccatum vero a Scriptura *spinae* appellatione nominatur.

1157

Cap. XXVII. Zacharias hic sacerdos erat et prophetiae dono clarus. Prophetiae autem vis descripta in libro Evangeliorum praedicatur, quod divina gratia hominibus viam sternens, ne partum ex virgine indignum esse fide existimarent, minoribus miraculis incredibilium assensionem ac fidem praee exercet: anui deerepitae nascitur filius. Hoc veluti praeludium est mysterii partus virginis. Quemadmodum enim Elizabeth non naturae beneficio ac facultate fit mater, cum sterilis per omnem vitam consenuisset, sed divinae voluntati filii generatio accepta refertur: ita etiam virginis partus incredibilitas ad Deum relata fidem invenit. Cum igitur partus anus sterilis virginis partum praecedit, is qui ad vocem eius quae Dominum utero gestabat, priusquam in lucem prodiret, in materno utero exsultabat, simul vero etiam natus est Verbi praecursor: tunc demum solvitur Zachariae per propheticam afflationem silentium, et quaecumque profert Zacharias, prophetia futurorum erant. Hic itaque propheticō spiritu ad occultorum cognitionem quasi manu ductus, cum mysterium Virginis de incorrupto partu probe intelligeret, non

PG 76, 1130

κρινε τῷ ναῷ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν πάναγνον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους ὅτι ὁ τῶν δλων Δημιουργὸς καὶ Βασιλεὺς πάσης κτίσεως, ὑποχείριον ἔχει ἐαυτῷ μετὰ πάντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τῷ ἴδιῳ θελήματι πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτὴν ἄγων, οὐκ αὐτὸς ὥπο ταύτης δυναστεύομενος, ὡς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ εἶναι καὶνὴν γέννησιν δημιουργῆσαι, ἣτις τὴν γενομένην μητέρα τὸ εἶναι παρθένον οὐκ ἀφαιρήσεται.

## DE RECTA FIDE AD THEODOSIUM (430)

PG 76, 1140 VI. Οἱ μὲν γάρ, ὅτι πέφηγε μὲν ἀνθρωπος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, 1158  
οὐ μὴν ὅτι καὶ πεφόρηκε τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου σάρκα, φρονεῖν τε καὶ λέγειν τετολμήκασι, καταψεύδονται δὲ μόνην τοῦ μυστηρίου τὴν δόκησιν. "Ἐτεροι δ' αὖ κατερυθριῶν σκεπτόμενοι τὸ δοκεῖν ἀνθρώπῳ προσκυνεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ταῖς ἀνωτάτῳ δόξαις στεφανοῦν παρατούμενοι, ἐκ τῆς ἄγαν ἀμαθίας νόθην τινὰ καὶ παρεφθαρμένην νοσοῦντες εὐλάβειαν, παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον εἰς ὀστέων τε καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν, τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ πλατὺ γελῶντες οἱ τάλανες, καὶ τὸ ἀπρεπὲς καταγράφοντες τῆς οὐτως ἀρίστης καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας. Οἱ δὲ καὶ ὀψιγενῆ τὸν συνατίδιον τῷ Πατρὶ Θεὸν Λόγον εἶναι πεπιστεύκαστι, καὶ εἰς τὸ μόλις ὑπάρξαι διακεκλήσθαι τότε,

arcuit incontaminatam purissimamque matrem ab eo templi loco qui virginibus ex lege designatus erat, docens, videlicet Iudeos, Creatorem totius universi omnisque creaturae Dominum humanam naturam cum reliquis etiam omnibus sibi subiectam habere, et pro suo arbitratu quocunque velit ducere, non autem ipsius legibus astricatum esse: adeo ut in ipsius potestate sit situm novam creaturam creare, quae mater effecta virgo esse non desinat.

PG 76, 1139 VI. Quidam igitur Verbum ex Deo et Patre genitum in hominis 1158  
forma apparuisse, haud inviti concedunt; at vero ex sacra et deipara Virgine carnem sumpsisse, id audaci temeritate inficiantur: siquidem totam sacramenti huius rationem in solo externo schemate positam fuisse sacrilege ementiuntur. Alii turpe pudendumque rati, si hominem adorare videantur, terrenamque carnem summo honore afficiant, dum foedo hoc inseitiae morbo, pravaque et adulterina religione laborant, Verbum ex Deo natum in ossium, et nervorum carnisque naturam demutatum affirmant. Atque ita miseri illi, Emmanuelis ex Virgine ortum Iudibrium habentes, optimam illam divinissimamque oeconomiam indecoram iudicant. Sunt qui coaeternum Deo Patri Verbum tarde natum, hoc est, tum demum productum credunt, cum secundum carnem in lucem editum est. Non desunt

ὅτε καὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἔλαχε τὴν ἀρχήν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πρὸς τοῦτο μανίας δυσσεδῶς \* ἡγμένοι, ὥστε καὶ ἀνυπόστατον τὸν ἐκ Θεοῦ φασιν εἶναι Λόγον, ἢντα δὲ ἀπλῶς τὸ κατὰ μόνην νοούμενον προφορὰν ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Μάρκελος δὲ οὗτοι καὶ Φωτεινός. Δοκεῖ γε μὴν καὶ ἑτέροις ἐνανθρωπῆσαι μὲν ἀληθῶς τὸν Μονογενῆ, καὶ ἐν σαρκὶ γενέσθαι πιστεύειν, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐμψυχῶσθαι τελείως τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα ψυχῇ λογικῇ, καὶ νοῦν ἔχουσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς· εἰς ἐνότητα δὲ τὴν εἰς ἄπαν, ὥσπερ οὖν οἰονται, κατασφίγγοντες τὸν τε ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου ναόν, κατοικῆσαι φασιν ἐν αὐτῷ τὸν Λόγον· καὶ ἴδιον μὲν ποιήσασθαι τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθέν, ψυχῆς δὲ αὐτὸν τῆς λογικῆς τε καὶ νοερᾶς ἀναπληροῦν τὸν τόπον. "Ἐτέροις δ' αὖτις πρεσβεύοντι μὲν ταῖς τούτων δόξαις τὰ ἐναντία, καὶ ἀντιφέρονται τοῖς φρονήμασιν, ἐκ τε Θεοῦ Λόγου καὶ ψυχῆς τῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἤτοι τελείως ἀπλῶς ἀνθρωπότητος, συνεστάναι τε καὶ ἀναπεπλέγθαι διαδεδαιούμενοι τὸν Ἐμμανουὴλ· οὐ μὴν ἔτι καὶ ὑγιᾶς καὶ ἀμώμητον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ τετηρήκασι δόξαν. Καταδιιστᾶσι γάρ εἰς δύο τὸν ἓνα Χριστόν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτοῖς ἐνιέντες τὴν διατομήν, ἀνὰ μέρος ἐκάτερον μονονουχὶ καὶ ἐστῶτα παραδεικνύουσιν· ἔτερον μὲν εἶναι διατενόμενοι τὸν ἐκ Παρθένου τεχθέντα τελείως ἀνθρώπουν, ἔτερον δ' αὖτις τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· οὐχ ὅ τι ποτέ ἔστιν ἢ τε τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τῆς σαρ-

rursum qui in tantam \* stultitiam et impietatem prolapsi sunt, ut Dei Verbum anhypostaton, hoc est, nullam habens subsistentiam (cuiuscemodi illud est, quod tunc solum est et intelligitur, dum ore profertur), dicere audent, taleque Verbum in homine factum contendunt. Hi vero sunt Marcellus et Photinus. Comperiuntur alii qui, etsi unigenitum Dei Verbum vere hominem factum et incarnatum non negent, induci tamen nequeunt, ut carnem, quam assumpsit, anima ratione et mente nostrae simili praedita perfectam animatamque fuisse credant. Etenim Verbum quod ex Patre, et templum quod ex sacra Virgine ortum est, in unam perfectam unitatem contrahentes, Verbum in illo inhabitasse, corpusque assumptum ad eum modum sibi proprium effecisse configunt, ut animae ratione utens locum per se ipsum expleverit. Sunt denique qui, horum omnium opinionibus adversantes sententiisque refragantes, ex Dei Verbo, animaque intelligente, et corpore, hoc est, humana natura numeris omnibus perfecta absolutaque, Emmanuel constitutum compositumque constanter affirment; neque adhuc tamen sanam prorsus omnisque vitii expertem sententiam tuentur. Quandoquidem unum Christum in duos secernunt, et, crassa quadam separatione inter hunc et illum indueta, utrumque seorsum ac quasi per se stare contendunt: et alterum quidem, eum nimis qui ex Virgine natus est, perfectum hominem; alterum rursum ipsum Dei Patris Verbum esse dicunt; non quid

\*1141

\*1142

κός, διακρίνοντες, οὐδὲ μόναις ταῖς εἰς τοῦτο διαφοραῖς ἐμφιλοχωρεῖν ἔθελοντες. Οὐδὲ γάρ ἀν ἐννοίας τῆς ἀληθοῦς εἰς τοῦτο διήμαρτον, ἐπεὶ μὴ φύσις ἡ αὐτῇ σαρκός τε καὶ θεότητος. Ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον ἴδιᾳ τιθέντες καὶ ἀνὰ μέρος, τὸν δέ, ὡς Θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὀνομάζουσι, καίτοι θέλοντες εἶναι Χριστιανοί. Καὶ δὴ καὶ λογίδια ἅπτα περὶ τούτων συγγράφοντες, εἴπειν τετολμήκασιν αὐταῖς λέξεισιν ὅδε· Ὁ μὲν γάρ φύσει καὶ ἀληθῶς Γίδες ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν, ὁ δέ, δμωνύμως τῷ Γίδῃ Γίδες. Καὶ μεθ' ἔτερα πάλιν· Σάρξ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀνειληφώς. Ὁ μὲν γάρ Μονογενῆς προηγουμένως καὶ καθ' ἑαυτόν, Γίδες τοῦ Θεοῦ ἐστι τοῦ πάντων δημιουργοῦ· διὸ δὲ ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, οὐ φύσει Θεὸς ἀν., διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς Γίδην Θεοῦ, δμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει. Τὸ μὲν γάρ· «Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Γίδην, εἰ μὴ ὁ Πατήρ», τὸν φύσει τέλειον καὶ ἀληθεία δηλοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς Γίδην. Τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Γαβριήλ· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὑρες γάρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἵδου συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν»· τῷ ἀνθρώπῳ ἐφαρμόζει. Ἀλλὰ ταυτὶ μέν, ἔκεινοι. Φρονήσομεν δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅδε.

PG  
76, 1144

VIII. Εἴη γάρ ἀν οὐχ ἔτερον, οἷμα, τὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἢ

1159

inter Dei et carnis naturam intersit distinguentes, neque intra solos discrepantium naturarum terminos consistentes. Ita enim a veritate non aberrarent: alia enim carnis, alia rursus Verbi est natura. At hi alterum seorsum ac per se, tanquam merum hominem statuunt; alterum vero ut verum naturalemque Deum nominant, eum interim et Christiano nomine sibi blandiantur, et quosdam quoque hisce de rebus libellos conscripserint. Ad verbum autem hunc in modum scribere ausi sunt: Hic siquidem (nempe Dei Patris Verbum) verus et naturalis est Filius: ille vero (puta Virginis natus) aequivoce Dei Filius dicitur. Et paulo post iterum: Utique Dei Verbum non est homo, sed hominem assumpsit. Quandoquidem Unigenitus iam inde ab initio per se, Dei omnium opificis Filius est: homo autem, quem suscepit, cum natura Deus non sit, propter eum a quo assumptus est, qui verus Dei Filius est, eodem cum ipso nomine appellatur. Quare hoc Christi oraculum: *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater,*<sup>1</sup> verum et naturalem Dei Patris Filium ostendit. At illud vero a Gabriele pronuntiatum: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: et ecce concipes in utero, et paries filium et vocabis nomen eius Iesum,*<sup>2</sup> in hominem quadrat. Et haec illi haec tenus. Nos autem eius sententiae nequaquam sumus.

PG  
76, 1143

VIII. Porro autem illud pietatis mysterium aliud nullum est no-

1159

<sup>1</sup> Le. X., 22.<sup>2</sup> Le. I., 30.

αὐτὸς ἡμῖν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ γεγέννηται γάρ διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου, μορφὴν δούλου λαβών. "Ωφθῇ δὲ καὶ ἀγρέλοις, οἱ γεννηθέντα καταγεράρουσι· «Δόξα τε, φασίν, ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνῃ, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίᾳ». Καὶ μὴν καὶ τοῖς ποιεῖσι κατασημαίνοντες τὸν δὲ ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸν Λόγον· «'Ιδοὺ δή, φασίν, ἐγεννήθη ὑμῖν σήμερον Σωτήρ, ὃς ἔστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαυΐδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· Εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ». Εἰ Θεοῦ δὲ τόκος διὰ παρθένου, καὶ φανέρωσις ἐν σαρκὶ πῶς οὐκ ἀδρανῆς εἰκασιμθία, πῶς δὲ οὐχὶ μανία καὶ λῆρος, τὸ τῆς δοκήσεως δόνομα τῆς οὕτω σαφοῦς τε καὶ ἐναργοῦς καταγράφειν οἰκονομίας; Εἰ γάρ σκιά καὶ δόκησις ἦν, καὶ οὕτε σάρκωσις ἀληθῶς, οὕτε μὴν τέτοκεν ἡ Παρθένος, οὐκ ἐπελάθετο σπέρματος Ἀβραὰμ ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐχ ἀμοιῶθη τοῖς ἀδελφοῖς.

**1160** XXV. Ερεῖ δέ τις, κατὰ τὸ εἰκός· Τίνα δὴ οὖν τέτοκεν ἡ ἀγία Παρθένος; τὸν ἀνθρωπὸν, ἢ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον; Φαμὲν δὲ ἡμεῖς· Καὶ τοῦτο γέ ἔστιν ἡ πλάνησις, καὶ τὸ ἀμάρτημα τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς. Μὴ γάρ μοι διέληγες μετὰ τὴν ἔνωσιν, μηδὲ διυστάς εἰς ἀνθρωπὸν ἴδιαν, καὶ εἰς Θεόν,

PG  
76, 1168

bis, ut opinor, quam ipsum Dei Patris Verbum, quod manifestatum est in carne: siquidem, servili forma assumpta, ex sacra et deipara Virgine natum est. Visum est et angelis, nam et recens natum venerati sunt, et doxologiam illam *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas*,<sup>1</sup> ediderunt. Iidem illi pastoribus quoque Deum Verbum propter nos in carnem venisse denuntiarunt: *Ecce, inquiunt, natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc erit vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio.*<sup>2</sup> Cum eiusmodi ergo Dei ortus per Virginem exstiterit, talisque eiusdem in carne manifestatio, quomodo non magna vanitas, meraque temeritas est; imo vero quomodo non aperta insania, merumque delirium est, tam illustri, tamque evidenti oeconomiae apparentiae nomen imponere? Enimvero si Verbi incarnatio umbra est, aut res tantum imaginaria, nec Virgo vere enixa est, ergo neque Verbum, quod ex Deo Patre prodiit, semen Abrahae apprehendit, neque fratribus assimilatum est.<sup>3</sup>

**1160** XXV. At hic sciscitabitur forte quispiam: cuiusmodi tandem sacra Virgo peperit, hominemne, an Dei Verbum? Cui nos responderemus, istud exquirere, nihil aliud esse, quam errare, et a vero honestoque abduci. Nemo post unionem divisionem mihi fingat; neque

PG  
76, 1167<sup>1</sup> Lc. II, 14.<sup>2</sup> Lc. II, 11, 12.<sup>3</sup> Hebr. II, 16-17.

διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὸν Ἐμμανουὴλ· μὴ ἄρα τις ἡμῖν εἰκότως διαμαρήσαιτο, φρονεῖν ἐλομένοις δρθὸν μὲν οὐδέν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, διὰ τῆς ἀγίας κατεδικάσθη Γραφῆς. Ὡδὲ γάρ τις ἔφη τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· «Ὕμεῖς δέ, ἀγαπητοί, μνήσθητε τῶν ἁγιμάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δτὶ ἔλεγον ὑμῖν, δτὶ ἐπ’ ἐσχάτου τῶν χρόνων ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες». Οὐ διοριστέον οὖν ἄρα κατ’ οὐδένα τρόπον, εἴτε δεῖ μάλιστα τὰ δύο φαῆναι μετὰ τὴν ἔνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος ἐκάτερον νοεῖν. Ἰστέον οὖν, δτὶ θεωρεῖ μέν τινα φύσεων διαφορὰν δὲ νοῦς· ταυτὸν γάρ οὕτι που θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος εἰσδέξεται δὲ ὅμοι ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις καὶ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἔνότητα συνδρομήν. Οὐκοῦν Θεὸς μὲν ἔξεφυ τοῦ \*1169 Πατρὸς ὡς Θεός, ἐκ Παρθένου δὲ ἀνθρωπος. Ὁ γάρ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς \* ἀπορθήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀναλάμψις Λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται ἐκ γυναικός, καταφοιτήσας ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· οὐχ ἵνα μείνῃ κεκενωμένος, ἀλλ’ ἵνα Θεὸς εἶναι πιστεύηται, καὶ ἐν εἰδεῖ τῷ καθ’

Emmanuelem in hominem seorsum, et in Deum seorsum dispescens, duas personas efformet: ne quis meritam vobis [nobis] notam inurat, tanquam qui nihil rectum sapere instituatis [instituamus], sed id solum quod per divinas Scripturas condemnatum est. Unus enim ex Christi discipulis ait: *Vos, carissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes.*<sup>1</sup> Nullo itaque modo segregationem concedere fas est, licet post unionem duo apparere debeant, et distincte sit utrumque intelligendum. Quocirca sciendum, considerari quidem ab intellectu quamdam naturarum differentiam (neque enim est eadem deitatis et humanitatis natura), sed una cum hac consideratione percipiet utriusque concursum ad unionem. Unus itaque est \* Christus, qui quidem ex Deo Patre nascitur ut Deus, ex sacra autem Virgine ut homo. Etenim idem illud Verbum quod inexplicabili modo, supraquae omnem humanae mentis captum eluxit ex Deo Patre, in humanam naturam descendens, et in id quod non erat se dimittens, ex muliere quoque dicitur natum: non quo maneret exinanitum, sed Deus esse crederetur, postquam etiam in naturae nostrae forma in

\*1170

<sup>1</sup> Iud., 17-19.

ήμας πεφηνώς ἐπὶ γῆς, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, ἀλλ' ὡς αὐτὸς κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος γεγονώς, μετὰ τοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασώσασθαι δόξαν.

### DE RECTA FIDE AD REGINAS (430)

**1161** III. [...] Φαμὲν δέ, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς PG  
76, 1205

ἀπορρέητως γεγεννημένος μονογενῆς αὐτοῦ Λόγος, τῶν αἰώνων ποιητής, ὁ δὲ οὖς τὰ πάντα, καὶ ἐν φῷ τὰ πάντα, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ἡ πάντα ζωογονοῦσσα φύσις (ζωὴ γάρ πέφηνεν, ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ Πατρός), ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰώνος, εὐδοκήσαντος τοῦ Πατρός, ἵνα σώσῃ τὸ ἐπὶ γῆς γένος πεπτωκὸς εἰς ἀράν, καὶ διὰ τῆς ἀμαρτίας κατακομισθὲν εἰς θάνατον καὶ φθοράν, σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάθετο, κατὰ τὰς Γραφάς, καὶ κεκουνῶνηκεν αἷματος καὶ σαρκός, τουτέστι γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ σάρκα λαβών, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος, ἐγεννήθη σαρκικῶς διὰ τῆς ἀγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.

**1162** V. Καὶ ἐπειδὴ καταβένηκεν ἐκών ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις PG  
76, 1205

(καθῆκε γάρ ἔαυτὸν εἰς κένωσιν), ὑπομεμένηκεν ἀναγκαίως καὶ γέννησιν τὴν ἐκ γυναικός, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, διτε κατὰ σάρκα γεγεννῆσθαι λέγεται· ἀλλ' ἦν μὲν καὶ ἔστιν, ὡς ἔφην, ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φυσικῶς τε καὶ ἀληθῆς ὁ Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἄνθρωπος

terris apparuit: non tanquam is qui hominem inhabitet, sed tanquam is qui homo reipsa exsistat, gloria tamen sua prorsus incolumi et salva.

**1161** III. [...] Asserimusque ipsum unigenitum Verbum arecano inexplicabili modo ex Dei et Patris substantia genitum, quod saecula condidit, per quod et in quo consistunt omnia, quod verum lumen, naturaque omnia vivificans est (vita est enim, utpote ex Patre vita procedens), novissimis saeculi temporibus, Patre pro sua benignitate ita volente, quo nimirum genus humanum, quod in maledictionem prolapsum fuerat, et per peccatum in mortem et corruptionem praeceps abierat, restitueret, Abrahae semen apprehendisse, carni quoque et sanguini, secundum Scripturas,<sup>1</sup> communicasse, hoc est, hominem factum esse; carne assumpta, eademque propria sibi reddita, e sancta et Deipara Maria secundum carnem natum esse. PG  
76, 1206

**1162** V. Caeterum simul atque ad humanae naturae leges semel descendit (siquidem sua sponte se exinanivit), non potuit ex muliere quoque non nasci. Nec ob id tamen divina illius natura exsistendi principium tum demum sumpsit, cum illud secundum carnem natum dicitur. Sed fuit quidem, et est (ut dixi) ex Deo Patre natura-

PG  
76, 1206

<sup>1</sup> Hebr. II, 16.

ἀπλῶς νοεῖται καθ' ἡμᾶς ὁ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου γεγεννημένος, ἀλλ' αὐτὸς σαρκωθεὶς ὁ Λόγος, καὶ ὕδιον ἔχων σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται γεγεννῆσθαι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἴδιας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

VI. Οἱ δὲ λέγοντες ἀσυνέτως Θεοτόκον οὐκ εἶναι τὴν ἀγίαν Παρθένον, ἐμπίπτουσιν ἀναγκαίως εἰς τὸ δύο λέγειν υἱοὺς τοῦ Θεοῦ. Εἰ γάρ μὴ τέτοκε σαρκικῶς σαρκωθέντα Θεὸν ἡ ἀγία Παρθένος, πᾶσα πως ἀνάγκη καὶ οὐχ ἐκόντας αὐτοὺς ὄμοιογενῖν, δτι κοινὸν γεγέννηκεν ἀνθρωπὸν, οὐδὲν ἔχοντα παρ' ἡμᾶς τὸ πλεῖον. Εἴτα πῶς αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἔξομοιογήσεται, δτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός; Πῶς αὐτῷ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων ἡ ἀγία πληθύς; Ἡρ' οὖν ἀνθρώπῳ κοινῷ λελάτρευκε μεθ' ἡμῶν καὶ σύμπας ὁ οὐρανός; Μὴ γένοιτο προσκυνοῦμεν γάρ ὡς Θεὸν ἀληθινὸν τὸν Ἐμμανουὴλ. "Εσται δὲ οὐχ ἑτέρως προσκυνητός, ἐὰν μὴ πιστεύωμεν, δτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, ὁ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκυνούμενος, σάρξ ἐγένετο κατὰ τὰς Γραφάς· οὐκ εἰς σάρκα μεταβεβλημένος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου \* σάρκα λαβών, ὡς ἔφην, καὶ ἀνθρωπίνην μεθ' ἡμῶν ὑπομείνας γέννησιν. Ίνα καὶ

\*1208

liter et vere Verbum. Quoniam vero is qui ex sacra Virgine natus est, non homo simpliciter ut nos, sed ipsum Dei Verbum incarnatum intelligitur, quod corpus ex ipsa sumptum proprium sibi fecit, hinc est quod secundum carnem natum dicitur, carnis nimirum nativitatem ut propriam in se transferens.

VI. Illi autem qui sacram Virginem Deiparam esse imperite negant, hue necessario adiguntur, ut duos Dei filios constituant. Nam si sacra Virgo Deum incarnatum secundum carnem non peperit, vel inviti concedant oportet, hominem tantum vulgarem, nobisque nihilo excellentiorem in lucem edidisse. Quod si res ita habet, qua obsecro ratione, omne genu illi incurvabitur, omnisque lingua confitebitur, quod Dominus noster Iesus est in gloria Dei Patris? <sup>1</sup> Quomodo angeli, et sacer ille coelestium virtutum coetus illum adoret? <sup>2</sup> Nunquid hominem communem, et nos et universum coelum hactenus percolimus? Absit: adoramus enim Emmanuelē tanquam verum Deum. Atqui nulla ratione adorari potest, nisi credamus ipsum Dei Patris Verbum, quod ab universa creatura adoratur, secundum Scripturas carnem factum esse: \* non quod in carnem demutatum transierit, sed quod ex ipsa sacra Virgine carnem suscepere, humanaque, ut ante expositum est, nativitatem, perinde ac nos, subiverit; quo nimirum homo nostri causa factum, more quidem aliorum

<sup>1</sup> Philipp. II, 11.

<sup>2</sup> Hebr. I, 6.

\*1207

ἀνθρωπος γεγονὼς ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθάνη μὲν ἀνθρωπίνως, ἀναστῆ δὲ θεῖκῶς,  
πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος.

**1163** VIII. [...] Οὐκοῦν εὶς Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι λέγουσι τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρ-  
θένου γεγενημένον, τουτέστι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, κατὰ φύσιν ἐνω-  
θέντα σαρκί, διὰ τί δεδίασιν διολογεῖν, διτὶ Θεοτόκος ἔστιν ἡ ἀγία Παρθέ-  
νος; Ἀλλὰ σκοπὸς αὐτοῖς ὑποπλάττεσθαι μέν, καὶ λέγειν, διτὶ ναὶ καὶ Θεός  
ἔστι, καὶ Κύριος, καὶ συνεδρεύει τῷ Πατρί. Φρονοῦσί γε μὴν οὐχ οὕτω κατὰ  
ἀλήθειαν, ἀλλ' ὡς ἐν χάριτος μέρει, καὶ ὡς ἐκ προκοπῆς δεδόσθαι φασὶ τῷ  
ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου κοινῷ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπῳ γεγενημένῳ τὴν τε τῆς  
սύντητος καὶ τῆς κυριότητος δόξαν.

PG  
76, 1209

IX. "Οτι δὲ καὶ ἡ «Θεοτόκος» φωνὴ καὶ αὐτοῖς γέγονε συνήθης τοῖς πρὸ  
ἡμῶν ἀγίοις Πατράσιν, οἱ καὶ ἐπ' ὅρθῃ θαυμάζονται πίστει, καὶ εἰς δεῦρο  
πᾶσι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ὑπ' οὐρανὸν, δεῦρη ωήθηγ ἀληθῶς  
ἀποφῆναι. "Ινα γάρ μὴ δοκοίην τὸ εἰς νοῦν ἥκον ἀπλῶς ἀνασανίστως λέ-  
γειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις πεποιημένων βιβλίων ἐν Ἐκκλησίᾳ, τὰ εἰς τοῦτο χρή-  
σιμα συνεισενεγκάν, καὶ παραθείς εἰς ἀπόδειξιν, κατασφραγιῶ εἰς ἀλήθειαν  
τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους. "Ἐφη τοίνυν ὡς ἀληθῶς ὁ τρισμακάριος καὶ \* διαδόητος  
εἰς εὔσέδειαν Ἀθανάσιος, ὁ γενόμενος κατὰ καιροὺς τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκ-  
κλησίας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, περὶ Χριστοῦ τάδε: 'Ομο-

\*1212

---

hominum mortem pateretur, proculeato autem mortis imperio, di-  
vina vi rursum resurgeret.

**1163** VIII. [...] Igitur si eum, qui ex sacra Virgine prodiit, hoc est Dei  
Patris Verbum carni secundum naturam unitum, verum Deum esse  
agnoscunt, cur eamdem Virginem esse Deiparam fateri verentur?  
Verum ipsis propositum est haud ex animo profiteri Virginis Filium  
Deum ac Dominum, eademque cum Patre auctoritate praeditum  
esse, sed verbis tantum hoc ipsum simulare. Existimant enim, homini  
ad nostram similitudinem ex sancta Virgine prognato, cum filia-  
tionis, tum dominationis quoque gloriam per modum cuiusdam  
gratiae, ac per progressus obvenisse.

PG  
76, 1210

IX. Porro autem vocem hanc, *Deipara*, veteribus Patribus, quo-  
rum sanctimoniam et fidei integritatem admiramur, neenon omni-  
bus qui eos deinceps hucusque sunt secuti per universum (ut ita  
dicam) terrarum orbem, familiarem esse, ostendendum esse existi-  
mavi. Ne enim citra delectum, ac temere quidquid in mentem ve-  
nerit, effutire videar, argumentis ex libris, quos illi ad Ecclesiae uti-  
litatem composuere, petitis, atque hoc in medium allatis, orationis  
meae veritatem confirmare studebo. Igitur \* beatissimus ille, ac pro-  
pter pietatis opinionem apud omnes celeberrimus Athanasius, qui su-  
perioribus temporibus Alexandriae Ecclesiae episcopatum tenuit,

\*1211

λογοῦμεν γάρ, φησί, καὶ εἶναι αὐτὸν Γίδν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ πνεῦμα, Γίδν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις τὸν ἔνα Γίδν, μίαν προσκυνητήν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾶ προσκυνήσει· οὐδὲ δύο υἱούς, ἄλλον μὲν Γίδν Θεοῦ ἀληθινὸν καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἀνθρωπὸν, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν Γίδν Θεοῦ γενόμενον, ὡς καὶ ἀνθρωπὸν· ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ, ὡς ἔφην, ἔνα Γίδν Θεοῦ, καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἄλλον. Καὶ ἐκ Μαρίας γεγεννῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ’ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς ὁ ἀγγελος τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ λεγούσῃ· «Πῶς τοῦτο ἔσται, ἐπειδὴ δρα οὐ γινώσκω;» Ἐλεγε· «Πνεῦμα ἀγίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἀγίον, κληθήσεται Γίδν Θεοῦ». Ο τοῖνυν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, Γίδν Θεοῦ φύσει, καὶ Θεὸς ἀληθινός, καὶ οὐ χάριτι καὶ μετουσίᾳ, κατὰ σάρκα μόνον τὴν ἐκ Μαρίας, ἀνθρωπὸς, κατὰ δὲ πνεῦμα, αὐτὸς Γίδν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός· παθὼν μὲν τὰ ἡμέτερα πάθη κατὰ σάρκα, ὥσπερ γέγραπται· «Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί». Καὶ πάλιν· «Ος γε τοῦ ιδίου Γίοι οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ’

---

libro de Christo incarnato huiuscemodi verbis disserit: Agnoscimus illum Dei Filium, et Deum esse secundum spiritum; Filium autem hominis secundum carnem: non duas naturas unum Filium, unam adorandam, alteram non adorandam, sed unam naturam divini Verbi incarnatam, quae simul cum eius carne una adoratione adoratur: neque duos rursum filios, alterum verum adorandumque, nempe Filium Dei; alterum ex Maria hominem non adorandum, sed per gratiam, perinde ac caeteri homines, in Filium cooptatum: verum unum, ut dixi, Filium Dei, illum ipsum nimirum, et non aliud, qui ex Deo est. Qui novissimis diebus secundum carnem ex Maria natus est, quemadmodum angelus Deiparae Mariae: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*<sup>1</sup> sciscitanti exposuit. Ait namque: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*<sup>2</sup> Is igitur quem Virgo peperit, est verus naturalisque Dei Filius, et Deus verus, non participatione vel ex gratia; secundum carnem tantum quam sumpsit ex Maria, homo; secundum spiritum, Filius Dei, et Deus ipse. Qui quidem secundum carnem humanae naturae convenientia passus est. Scriptum est enim: *Christo pro nobis in carne passo.*<sup>3</sup> Rursum: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum:*<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Lc. I, 34.

<sup>2</sup> Lc. I, 35.

<sup>3</sup> I Petr. IV, 1.

<sup>4</sup> Rom. VIII, 32.

ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν». Ἐπαθής δὲ διαιμείνας καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ τὴν θεότητα, κατὰ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ προφήτου· «Ἐγὼ Θεός, καὶ οὐκ ἥλποί ματι». Ἐποθανὼν μὲν τὸν ἡμέτερον θάνατον κατὰ σάρκα ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα τὸν θάνατον ἀνέλῃ διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν θανάτου, κατὰ τὸν λέγοντα Ἀπόστολον· «Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, ἔδη, τὸ κέντρον;» Καὶ πάλιν· «Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφάς». Ἐθάνατος δὲ καὶ ἀκράτητος τῷ θανάτῳ διαιμείνας διὰ τὴν θεότητα, ὡς ἀπαθής τοῦ Πατρὸς δύναμις, κατὰ τὸν λέγοντα Πέτρον· οὐ γάρ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου. Εἴτε τούτοις ἐπιφέρει, παρενθεὶς ἔτερα μεταξὺ οὕτως· Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκει, ἔτερον λέγων τὸν Γίδον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔτερον τὸν ἐκ Μαρίας, κατὰ χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱούς, ἕνα κατὰ φύσιν Γίδον τοῦ Θεοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἕνα κατὰ χάριν, τὸν ἐκ Μαρίας ἀνθρώπον· ἢ εἴ τις τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ἀνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας· ἢ τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σάρκα, ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἀλλιοιωθεῖσαν, ἢ παθητὴν τὴν τοῦ Κυρίου θεότητα, ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ὡς ἀνθρώπου καὶ μὴ προ-

nihilominus secundum divinam naturam impassibilis ac immutabilis usque permansit, iuxta illud prophetae pronuntiatum: *Ego Deus, et non mutor.*<sup>1</sup> Mortuus est sane secundum carnem nostra morte, nostrorumque peccatorum causa; quo nimirum per mortem nostri gratia susceptam, mortem aboleret. Hinc Apostolus: *Absorpta est mors in victoria: ubi est, mors, victoria tua? ubi est stimulus tuus, inferne?*<sup>2</sup> Iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas.*<sup>3</sup> At vero secundum divinitatem immortalis, omnique interitu superior erat, ut qui impatibilis Patris virtus esset, morteque, iuxta Petri sententiam,<sup>4</sup> teneri nullo modo posset. Deinde aliis quibusdam interiectis, haec subiungit: *Si quis autem aliud ex divinis Litteris docuerit, et alium Dei Filium, alium Mariae per gratiam instar nostri adoptatum, professus fuerit, tanquam duo sint filii, alter Dei secundum naturam, ille videlicet qui ex Deo natus; alter secundum adoptionis gratiam, homo nimirum qui ex Maria exstitit: aut si Domini nostri carnem non ex Deipara Virgine Maria sumptam, sed coelitus dilapsam praedicaverit; aut divinitatem in carnem versam, aut confusam, aut mutatam; aut Domini divinitatem passibilem; aut eius-*

<sup>1</sup> Malach. III, 6.

<sup>2</sup> I Cor. XV, 54, 55.

<sup>3</sup> I Cor. XV, 3.

<sup>4</sup> Act. II, 24.

σκυνητήν ὡς Κυρίου καὶ Θεοῦ σάρκα, τοῦτον, ἀναθεματίζει ἡ ἀγία καθολικὴ Ἐκκλησία, πειθομένη τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ λέγοντι· «Ἐάν τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται, παρ' ὁ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω». Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μακάριος Ἀθανάσιος.

*'Αντιόχου ἐπισκόπου*

<sup>PG</sup>  
<sub>76, 1213</sub> "Ον χθὲς ἀχράντους λοχείαις Σωτῆρα ἡμῖν ἡ ζωοτόκος, ἡ καλλιτόκος,  
ἡ μεγαλοτόκος, ἡ φαεσφόρος, ἡ ἐλπιδοφόρος, ἡ Θεοτόκος, ἡ ξενοτόκος, ἡ  
παρθενομήτωρ ὥδινε Μαρία.

1164

*'Αμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ Περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως*

<sup>PG</sup>  
<sub>76, 1213</sub> "Η ἀλήθεια ἐγνώσθη, ἡ χάρις ἤλθε, καὶ ἡ ζωὴ ἐφάνη. Ὁ τοῦ Θεοῦ ὄν  
Γιός, ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, σάρξ ἐγένετο δι' ἡμᾶς, ἵνα θητοὺς εἰς ζωὴν αἰώνιον  
ἀναστήσῃ, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνεγείρῃ. Ὁ Ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ πρὸ<sup>τ</sup>  
πάσης κτίσεως ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μόνω Πατὴρ καὶ Πνεύματι συνυπάρχων  
ἄθανατος, σήμερον ἴδου ἡμῖν ἐκ Παρθένου γεννώμενος, χωρὶς πάσης  
ἄμαρτίας, ἀνευ ἀνθρώπου, ἦτοι ἀνδρός.

1165

dem Domini nostri carnem, veluti nudi hominis, minime adorandam dixerit; hunc anathemate plectit sancta et catholica Ecclesia, dictis Apostoli parens ita scribentis: *Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit.*<sup>1</sup> Hucusque beatus Athanasius.

*Antiochi episcopi*

<sup>PG</sup>  
<sub>76, 1214</sub> Quem hesterno die pro nostra salute immaculato puerperio genitrix vitae, mater pulchritudinis, magnificentiae lucisque parens, spei apportatrix, Deipara, quae novo peperit modo, virgo et mater peperit Maria.

1164

*Amphilochii episcopi Ieonii,  
ex libro de generatione Domini secundum carnem*

<sup>PG</sup>  
<sub>76, 1214</sub> Veritas cognita est, gratia venit, vita apparuit, Dei Verbum, Deique Filius propter nos incarnatus est, quo nimirum mortales a morte ad vitam aeternam revocaret. Universorum Opifex, qui ante omnem creaturam tam visibilem quam invisibilem soli Patri et Spiritui sancto coexistebat immortalis, ecce is citra ullum peccatum, ullamque hominis aut viri operam, hodie nobis ex Virgine nascitur.

1165

<sup>1</sup> Gal. I, 9.

"Αμμωνος ἐπισκόπου Ἀδριανουπόλεως  
"Εφη γάρ που καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου

- 1166** Εἰ δὲ αὐτὸς Θεὸς τὴν φύσιν ὑπάρχων, ὡς τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱός, ἐν PG 76, 1213 προσλήψει τῆς δούλου μορφῆς γενόμενος, καὶ πρωτότοκος Υἱὸς τῆς ἀγίας Παρθένου κληθῆναι καταξιώσας, ἀντίλυτρον ἔκαυτὸν ὑπὲρ πάντων δέδωκε. «Προσεπάγει δὲ τούτοις»: "Ηδη μὲν ἔδειξα τὴν ἀσένειαν, ἢ περιπίπτουσιν οἱ Ἀρειανοί, λέγοντες χρείαν ἐσχηκέναι τὴν Θεοτόκον Μαρίαν τῶν κατὰ τὸν νόμον τότε προσφερομένων θυσιῶν ὑπὲρ τῶν τικτουσῶν γυναικῶν.

Σεβηριανοῦ ἐπισκόπου

- 1167** 'Ο γάρ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ Πατρὸς Λόγος, ἀποδέήτως, ἀφράστως, PG 76, 1216 ἀκαταλήπτως, ἀείδιας, δὲ αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ Παρθένου Μαρίας' ἵνα οἱ πρότερον γεννηθέντες κάτωθεν, ἄνωθεν γεννηθῶσιν ἐκ δευτέρας, τουτέστι Θεοῦ.

Οὐεταλίου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ Περὶ πίστεως λόγου

- 1168** "Ετι δὲ καὶ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκενομίας τοῦ Σωτῆρος πιστεύομεν, PG 76, 1216 δτὶ ἀναλλοιώτου καὶ ἀτρέπτου μένοντος τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὴν σάρκωσιν γε-

*Ammonis episcopi Adrianopoleos.  
Sic enim ipse ait de Deo Verbo*

- 1166** Quod si is, qui Deus secundum naturam est, utpote unigenitus PG 76, 1214 Dei Filius, servili forma assumpta, sacraeque Virginis primogenitus appellari non dignatus, semetipsum redemptionem pro omnibus tradidit. *Addit præterea:* Clare patet, in quantam impietatem prolabantur Ariani, qui Deiparam Mariam iis sacrificiis, quae pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuisse asserunt.

*Severiani episcopi*

- 1167** Quandoquidem Verbum quod superne arcana quadam inexplicabilique, ac incomprehensa ratione ex Deo Patre ab omni aeternitate nascitur, id ipsum inferne ex Virgine Maria in tempore generatur; quo hi nimirum, qui nati erant inferne, ex Deo renascantur denuo superne.

*Vitalii episcopi, ex sermone De fide*

- 1168** Credimus ad haec, quod quidem ad Salvatoris nostri dispensationem secundum carnem attinet, incarnationem, Dei Verbo immu-

PG 76, 1215

γενῆσθαι πρὸς ἀνακαίνισιν ἀνθρωπότητος. Υἱὸς γάρ ὁν ἀληθῶς Θεοῦ κατὰ τὴν ἀἰδίον ἐκ Θεοῦ γέννησιν, γέγονε καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν. Καὶ ἔστιν εἰς καὶ ὁ αὐτὸς τέλειος Θεὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ δμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τέλειος ἀνθρωπὸς ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ δμοούσιος ἀνθρώποις κατὰ τὴν σάρκα. Εἴ τις δὲ ἔξ οὐρανοῦ λέγει σῶμα ἔχειν τὸν Χριστόν, ἢ δμοούσιον τῷ Θεῷ κατὰ τὴν σάρκα, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις μὴ δμολογεῖ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, καὶ ἀνθρώποις δμοούσιον, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, τὸν ἐκ Πνεύματος ἀγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου γεννηθέντα κατὰ σάρκα, ἀψυχον λέγει, ἢ ἀναίσθητον, ἢ ἀλογον, ἢ ἀνόητον, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις τολμᾶ λέγειν τὸν Χριστὸν θεότητι πεπονθέναι, καὶ μὴ σαρκί, ὡς γέγραπται, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις διαιρεῖ καὶ χωρίζει τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, καὶ λέγει ἔτερον μὲν εἶναι Υἱὸν τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἔτερον τὸν ἀναληφθέντα ἀνθρωπὸν, καὶ μὴ δμολογεῖ ἔνα καὶ τὸν αὐτόν, ἔστω ἀνάθεμα.

Θεοφίλου ἐπισκόπου

PG 76, 1217 XI. Εὐχερὲς μὲν οὖν καὶ ἔτερα τούτοις ἐπενεγκεῖν πλεῖστά τε ὅσα καὶ 1169  
ἀληθῆ μαρτύρια παρίημι δέ, τὸ γεγραμμένον εἰδὼς· «Δίδου σοφῷ ἀφορμήν,

tabili inconvertibilique permanente, ad humanae naturae instauratiōnem factam esse. Nam cum illud secundum aeternam ex Deo Patre originem verus Dei Filius sit, secundum eam quae est ex Virgine, factum est Filius hominis. Estque unus et idem secundum divinitatem Filius perfectus et Patri consubstantialis; et idem rursum secundum generationem ex Virgine perfectus homo, eiusdem cum cæteris hominibus essentiae secundum carnem. Si quis autem dixerit Christi corpus e coelo deportatum esse, aut carnem quam habet, Deo consubstantiale esse, anathema sit. Si quis negaverit Domini carnem ex sacra Virgine sumptam esse, aut hominibus consubstantiale esse, anathema sit. Si quis dixerit Dominum ac Salvatorem nostrum, qui ex Spiritu sancto et Maria Virgine secundum carnem natus est, anima, mente, aut sensu destitutum esse, anathema sit. Si quis audeat dicere Christum deitate passum, et non carne, ut scriptum est, sit anathema. Si quis Dominum ac Salvatorem nostrum in duos divellit, et alterum quidem Filium Verbum Dei appellat, alterum vero hominem assumptum, neque confitetur unum et eundem, anathema sit.

*Theophili episcopi*

PG 76, 1218 XI. Non fuerit autem difficile alia eiusmodi praeclara testimonia 1169  
non pauca his adiicere; quae tamen praetereo, cum scriptum esse

καὶ σοφώτερος ἔσται· γνώριζε δικαίω, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι ». Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν· ίδού δὴ πάντες οἱ πανάριστοι τε καὶ σοφοὶ κατὰ καιροὺς ἡμῶν γεγονότες Πατέρες, καὶ Θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἀγίαν Παρθένον· ἡνῶσθαι δὲ κατὰ φύσιν διαθεβαιούμενοι τῇ σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ἐν τῃ νηδύῃ γενέσθαι φασὶ τῇ παρθενικῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς προελθεῖν κατὰ σάρκα· κατοι τὴν ἄναρχον καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου λαχόντα γέννησιν ἐκ Πατρός.

---

non ignorem: *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia: doce iustum, et festinabit suscipere.*<sup>1</sup> Hoc unum interim non praetermisserim, optimos ac sapientissimos quosque Patres quotquot ante nos exstiterunt, omnes sacram Virginem Deiparam quoque appellare, Deique Verbum, etiamsi principii expers sit, et ante omne aevum tempusque ex Patre natum, carni secundum naturam unitum esse, nec non in utero virgineo latuisse, ac inde secundum carnem prodiisse, attestari.

#### FRAGMENTA DOGMATICA

##### *Adversus Diodorum*

- 1170 20. Proprium est itaque divinae naturae, ut ante omnia saecula sit. Peculiare pariter Verbi eiusdem fuit, ut postremis temporibus carne praeditum nasceretur. Porro nativitas eius de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed eius in carne manifestationis. Perfecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente Patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte confligens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortique superius demonstraret, etiamsi id natura sua in mortis mancípio erat. Debilitata est autem mors ex quo cum vitae corpore praelium conseruit.

##### *Contra Theodorum*

- 1171 9. Quid dicis, o fortis, Dei genitrix erat sancta Virgo, quod nato ex ipsa Deus inerat, habitans secundum solum affectum voluntatis? Istam esse affirmas unitatem? Ergo cum etiam in nobis ipsis mansionem faciat Deus exsistens Verbum (inhabitabit enim animabus sanctorum per sanctum Spiritum), confitearisne secundum similem modum etiam nos ipsos ad ipsum habere unitatem? Ubi igitur mira-

<sup>1</sup> Prov. IX, 9.

eulum mysterii Christi aspiciat aliquis? Nam quandoquidem ereditur secundum nos homo fieri Deus Verbum, mirabile est vere mysterium, et miretur utique aliquis hoc merito et vehementer. Si autem in homine habitare dicatur secundum affectum voluntatis, aliam habet rationem res dispensationis. Meruimus enim, sicut dixit, eiusmodi gratiam, qui fide, quae in ipsum est, splenduimus. Non enim aliquis utique dicat, quod non voluntarie inest nobis: magis vero voluntarie sive secundum voluntatem insitam ei ad nos affectum fecerat. Sed nec a carne sanctae Virginis initium essentiae habuisse dicimus Deum Verbum, qui consubstantialis est Patri: erat enim semper una cum eo subsistens: magis autem scimus secundum nos factum esse hominem. Itaque tam iuste Dei genitrix, cum certe secundum carnem Christum peperisset.

17. *Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister*  
[ita scripsit]

<sup>PG  
76, 1449</sup> Cum adhuc Mariae esset caro illa, neandum assumpta, terrena erat, neque ulla tenus a caeteris carnibus differebat: sed in nativitate <sup>\*1450</sup> demum honore \* aucta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc attineret, honore Filii carebat. Cum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est, ex quo illi gloria accessit. 1172

18. *Idem Cyrillus contra Diodori scriptum*

Praeclarissime! Aio, verba quae nemo docuit, sed a te publice pronuntiantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quae Mariae fuit, iam inde a primo conceptus momento, sive in utero exsistentiae, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis caeterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

21. *Idem Cyrillus adversus Diodorum*

<sup>PG  
76, 1451</sup> Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei Servatoris nostri: et quod quidem ad culpam attinet, iam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei ulla nobiscum communio vel similitudo: etenim alia quavis re nobis est similis praeterquam culpa. Caeteroqui eamdem carnem eumdemque sanguinem uti nos participavit, ut ait Apostolus.<sup>1</sup> O mi

1173

<sup>1</sup> Hebr. II, 14.

reverende qui stulta ac turpissima verba effutis; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen iam inde ab eius concretionis initio, et in utero subsistentiae, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nullumque temporis intervallum fuit, quo illud non possederit. Porro simplex, ut ais, est, caeteris carnibus comparatum.

*24. Idem Cyrillus adversus Diodorum*

- 1174 [...] Cum Deus suapte natura esset, verusque Dei Patris Filius, <sup>PG  
76, 1452</sup> humanam formam sibi induit, suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit, quae profecto caro Dei est, et potestate divina pollens. Idecirco Christus vivificans quoque fuit, et infirmitatum sanator, mortisque destructor.

*25. Idem Cyrillus adversus Diodorum*

Audes etiam herilibus formis illum induere, qui, ut ais, homo est de Maria, et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior, sed postea multo conamine Filii nomen gloriamque divinam promeritus est, postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo, te censente, sunt filii; novusque Deus est Christus, qui a Deo supernaturali honore affectus est, magis aliquanto quam reliquae creaturae; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis, nec nisi sub finem gloriam possedit, factusque est Trinitatis complementum, natura aequalis.

EPISTOLAE

- 1175 Ep. I.<sup>1</sup> [...] Λαμπρὸς μὲν οὖν ὅτι καὶ ἀξιάγαστος ὑμῶν ὁ βίος, ὥρθή τε καὶ ἀκαπήλευτος ἐνίδρυται πίστις, οὐκ ἡγνόηκά ποθεν· τετάρχυμαι δὲ οὐ μετρίως, ἀκηκοώς ὅτι θρύλοι τινὲς εἰς ὑμᾶς ἀφίκοντο χαλεποί, καὶ περινοστοῦσί τινες, τὴν ἀπλῆν ὑμῶν παραλύοντες πίστιν, καὶ ὥρματίων

- 
- 1175 Ep. I.<sup>1</sup> [...] Esse igitur vitam vestram plane conspicuam et admiratione dignam, fidemque modis omnibus integrum et incorruptum vobis suppetere non ignoro; conturbor tamen non parum vehementer: audio enim exitiales quosdam rumores inter vos proseminalatos; et nonnullos oberrare, qui sinceram vestram fidem demoliri studeant,

<sup>1</sup> Ad monachos Aegypti.

εἰκαίων ὑποπτύοντες ὅχλον, ἀναπυνθανόμενοί τε καὶ λέγοντες, τὴν ἀγίαν Παρθένον Μαρίαν πότερόν ποτε Θεοτόκον, ἢ μὴ κατονομάζεσθαι χρή. [...]

<sup>13</sup> [...] Τεθαύμακα τοίνυν, εἰπερ ὅλως ἐνδοιάζουσί τινες πότερον Θεοτόκος, ἢ μή, λέγοιτ' ἂν ἡ ἀγία Παρθένος. Εἰ γάρ ἔστι Θεὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, πῶς οὐ Θεοτόκος ἡ τεκοῦσα ἡ ἀγία Παρθένος; Ταύτην ἡμῖν τὴν πίστιν παρέδοσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καν εἰ μὴ τῆς λέξεως πεποίηνται μνήμην. Οὕτω φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἀγίων Πατέρων. [...]

<sup>PG 77, 16</sup> [...] 'Επειδὴ δέ τινας εἰκός δεῖν μὲν οἰεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἐμπεδοῦσθαι λόγον ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱερᾶς καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς, φάναι τε πρὸς τούτῳ, τὴν ἀγίαν ἔκείνην καὶ μεγάλην σύνοδον μήτε Θεοτόκον εἰπεῖν τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα, μήτε μὴν ὅλως ὄρισαι τι τοιοῦτον· φέρε δή, φέρε καὶ νῦν, ὡς ἔνι, καταδεικνύωμεν τῆς ἐν Χριστῷ νοούμένης οἰκονομίας τὸ μυστήριον τίνα μὲν τρόπον παρὰ τῆς θείας ἡμῖν κεκήρυκται Γραφῆς, τί δὲ καὶ αὐτοὶ λελαλήκασιν οἱ Πατέρες, τὸν τῆς ἀμωμήτου πίστεως ὄρον ἐκφέροντες, ἐνηχοῦντος αὐτοῖς τάληθὲς τοῦ ἀγίου Πνεύματος· οὐ γάρ ἥσαν οἱ λαλοῦντες αὐτοί, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλὰ «Τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν αὐτοῖς». 'Αποδεδειγμένου γάρ οὕτως ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἔστιν ὁ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου γεγεννημένος, κατοκνήσειν οἷμαι παντελῶς

et inanum vocularum turbas eructantes, utrum Deiparam appellare liceat sacram Virginem in controversum vocare audeant. [...].

<sup>14</sup> [...] Miror itaque maiorem in modum esse aliquos omnino qui utrum sacra Virgo Deipara appellanda sit, plane addubitent. Et enim, si Dominus noster Iesu Christus Deus est, quo tandem modo sacra Virgo, quae illum edidit, Deipara non dicatur? Hanc fidem divini discipuli nobis tradiderunt, quamvis istius dictionis non meminerint. Ad hunc modum a sanetis Patribus instituti sumus. [...].

<sup>PG 77, 15</sup> [...] Verum quia verisimile est non defuturus hic quosdam qui ex sacra quoque divinaque Scriptura ea quae hoc loco asserta sunt corroboranda esse existimabunt: dicturos praeterea sanctam illam magnamque synodum <sup>1</sup> neque Domini matrem Deiparam usquam appellasse, neque quidquam omnino super ea re decrevisse: age quoniam pacto arcannum illud oeconomiae Christi mysterium per divinas quoque Litteras praedicatum sit, pro virili parte planum faciamus: tum quid ipsi quoque Patres, qui Spiritu sancto, ne a vero discederent afflati, non enim ipsi loquebantur, sed Christo Salvatore nostro testante, Spiritus Dei et Patris erat qui in ipsis loquebatur, sincerae inculpataeque fidei canonem ediderunt, ea de re pronuntiaverint, exponamus. Istud autem percommode fiet, si illum ipsum, qui ex sacra Virgine progenitus est, natura Deum esse demonstretur: hoc nam-

<sup>1</sup> Agitur de Syn. Nicaena.

οὐδένα πρός γε τὸ χρῆναι νοεῖν καὶ μὴν καὶ φράσαι, διὰ Θεοτόκος ἀν λέγοιτο καὶ μάλα εἰκότως. [...]

Καὶ τοι τὸ «χριστὸς» ὄνομα, φαίη τις ἄν, οὐχ ὡς ἡρμοσμένον μόνῳ τῷ 20 Ἐμμανουὴλ, ἀλλὰ γάρ καὶ ἐφ' ἑτέρων αὐτὸ τεθειμένον εὐρήσομεν. "Ἐφη γάρ που δὲ Θεὸς περὶ τῶν ἔξειλεγμένων καὶ ἡγιασμένων ἐν Πνεύματι: «Μὴ ἀπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε». Καὶ μὴν δὲ θεσπέσιος Δαυὶδ κεχρισμένος εἰς βασιλέα παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ χειρὸς Σαμουὴλ, «χριστὸν Κυρίου» τὸν Σαοὺλ ἐπεκάλει. [...]

[...] Γέγραπται δὲ καὶ περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ: «Ιησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, 20 ὡς ἔχρισεν αὐτὸν δὲ Θεός Πνεύματι ἀγίῳ καὶ δυνάμει». Καὶ μὴν δὲ θεσπέσιος Δαυὶδ πρός αὐτὸν φησιν: «Ἡγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε δὲ Θεός, δὲ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετέχους σου». Τί οὖν ἀν τις ἵδοι τὸ περιττὸν ἐν τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ παρὰ τὰς ἄλλας, καὶν εἰ λέγοιτο τεκεῖν αὐτὴν τὸν Ἐμμανουὴλ; ἀπότον γάρ οὐδέν, καὶν εἰ ἔλοιτο τις καὶ τὴν ἐκάστου τῶν κεχρισμένων μητέρα Χριστοτόκον ἀποκαλεῖν. [...]

[...] Οὐκοῦν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ὡς ἔφην, εἰεν ἀν καὶ μάλα εἰκότως διὰ 20

que commonstrato, neminem prorsus dubitaturum existimo de Virgine, quin habenda illa sit, et appellanda quoque Deipara; et iure quidem optimo. [...].<sup>1</sup>

Sed dicet forte hic quispiam: Nomen hoc, *christus*, non in ipsum solum Emmanuelem convenit, sed aliis quoque tributum comperitur. Deus namque de electis et per Spiritum sanctificatis alicubi ita cavit: *Nolite tangere christos meos, et in prophetas meos nolite malignari.*<sup>1</sup> Quin et divinus quoque David a Deo per Samuelem in regem inunctus,<sup>2</sup> Saulem *christum Domini* vocat.<sup>3</sup> [...].

De ipso porro Emmanuele ita scriptum exstat: *Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute.*<sup>4</sup> Sed et divinus quoque vates David eumdem ita affatur: *Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae praे consortibus tuis.*<sup>5</sup> Ecquid ergo eximium praе caeteris mulieribus in sacra Virgine elucet, etsi ea Emmanuele in lucem edidisse perhibeat? Profecto nihil faceret absurdī, qui promiseue cuiuslibet uncti matrem Christiparam appellare in animum induceret. [...].

[...] Caeteri itaque omnes propter unctionis beneficium sint chri- 19

<sup>1</sup> Ps. CIV, 15.

<sup>2</sup> I Reg. XVI, 13.

<sup>3</sup> I Reg. XXIV, 7.

<sup>4</sup> Act. X, 38.

<sup>5</sup> Ps. XLIV, 8.

τὸν κεχρίσθαι χριστοῖς, μόνος δὲ Χριστὸς Θεὸς ἀληθινὸς ὁ Ἐμμανουὴλ. Καὶ οὐκ ἀν ἀμάρτοι τἀληθοῦς, εἰ τις ἀν ἔλοιτο λέγειν ὡς αἱ τῶν ἄλλων μητέρες χριστοτόκοι μέν, οὐ μὴν ἔτι καὶ θεοτόκοι. Μόνη δὲ παρ’ ἐκείνας ἡ ἀγία Παρθένος χριστοτόκος τε ὅμοι καὶ Θεοτόκος νοεῖται τε καὶ λέγεται· γεγέννηκε γάρ οὐ \*ψὺλὸν ἀνθρώπον, καθ’ ἡμᾶς, σαρκωθέντα δὲ μᾶλλον καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον. Ὁνομάσμεθα μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς κατὰ χάριν θεοῖ· πλὴν οὐχ οὔτως Θεὸς ὁ Γεός, φύσει δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθείᾳ, καὶ εἰ γέγονε σάρξ. [...]

28 [...] Καὶ οὐ δὴ ποὺ φαμεν, δρθὰ φρονεῖν ἡρημένοι, σαρκὸς γενέσθαι πατέρα τὸν Θεόν, οὐδ’ αὖ τὴν τῆς θεότητος φύσιν γεγεννῆσθαι διὰ γυναικός, οὕπω προσλαβοῦσαν τὸ ἀνθρώπινον· συνενεγκόντες δὲ μᾶλλον εἰς ἔνωσιν τὸν τε ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου τελείως ἀνθρώπον, ἐνα Χριστὸν Ἰησοῦν καὶ Κύριον προσκυνήσομεν, οὔτε τῶν τῆς θεότητος δρῶν ἔξω τιθέντες διὰ τὴν σάρκα, οὔτε μὴν εἰς ἀνθρωπότητα ψιλὴν καταβιδάζοντες διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὅμοιωσιν.

PG 77, 41 Ep. II.<sup>2</sup> [...] Εἰ γὰρ καὶ παρερθόνη λόγος, ὡς ἐπὶ λαοῦ τρέχων, ἀλλ’ 1177

sti, et iure isthuc appellantur: solus autem Emmanuel ita est Christus, ut verus quoque sit Deus. Quapropter a vero non aberraverit qui aliorum matres christiparas appellare velit: deiparas tamen nullo modo. Sola namque inter caeteras \* omnes sacra Virgo Christipara simul ac Deipara appellatur et esse dignoscitur: quandoquidem una haec non merum hominem, ut sumus nos, sed Dei Patris Verbum incarnatum et hominem factum peperit. Etenim nos quoque propter Dei gratiam dii nominamur;<sup>1</sup> at Filius non hoc modo est Deus: hic enim, quanquam corpus induit, natura et re ipsa Deus est. [...].

27 [...] Nec vero dicimus, qui recte sentire decrevimus, Deum factum carnis patrem, nec rursus divinitatis naturam a muliere editam, antequam humana natura se induisset; sed Verbum, quod ex Deo natura est, et hominem qui ex sacra Virgine perfecte in hanc lucem ortus est, ad unitatem conferentes, unum Dominum et Christum Iesum adorabimus: ita ut unum hunc propter assumptam carnem extra divinitatis terminos non eiiciamus, neque propter eam rursus quam communem nobiscum habet similitudinem, intra solius humanae naturae cancellos includamus...

PG 77, 42 Ep. II.<sup>2</sup> [...] Nam etsi praeterfluxit sermo, utpote in populo 1177 currens, tamen seria retractatione emendetur. Ne graveris, obsecro,

<sup>1</sup> Ps. LXXXI, 6; Io. X, 34.

<sup>2</sup> Ad Nestorium.

έπανορθούσθω ταῖς ἐπισκέψει, καὶ λέξιν χαρίσασθαι τοῖς σκανδαλιζόμενοις καταξίωσον, Θεοτόκον ὄνομάζων τὴν ἀγίαν Παρθένον.

**1178** Ep. IV.<sup>1</sup> [...] Οὕτω τε λέγεται, καίτοι πρὸ αἰώνων ἔχων τὴν ὑπαρξίαν, PG 77, 45 καὶ γεννηθεὶς ἐκ Πατρός, γεννηθῆναι καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός, οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐν τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ· οὔτε μὴν δεηθείσης ἀναγκαίως δι’ ἔκυτὴν δευτέρας γεννήσεως, μετὰ τὴν ἐκ Πατρός. Ἔστι γάρ εἰκαῖόν τε δόμοῦ καὶ ἀμαθέες τὸν ὑπάρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ συναίδιον τῷ Πατρί, δεῖσθαι λέγειν ἀρχῆς τῆς εἰς τὸ εἶναι δευτέρας. Ἐπειδὴ δὲ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐνώσας ἔκυτῷ καθ’ ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, προηλθεν ἐκ γυναικός, ταύτῃ τοι λέγεται γεννηθῆναι σαρκικῶς. Οὐ γάρ πρῶτον ἀνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου· εἴθ’ οὔτω καταπεφοίτηκεν ἐπ’ αὐτὸν ὁ Λόγος· ἀλλ’ ἐξ αὐτῆς μήτρας ἐνωθεὶς, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν σαρκικήν, ὡς τῆς ἴδιας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

Οὐ γάρ εἰρηκεν ἡ Γραφὴ ὅτι ὁ Λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἤγωσεν ἔκυτῷ, 48 ἀλλ’ ὅτι γέγονε σάρξ. Τὸ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, οὐδὲν ἔτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἷματος καὶ σαρκός. Ἰδιον δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποιήσατο, καὶ προηλθεν ἀνθρωπος ἐκ γυναικός, οὐκ ἀποδεῖληκώς

---

iis qui non leviter offensi sunt, unam hanc Theotocos vocem largiri, sacramque Virginem Deiparam appellare.

**1178** Ep. IV.<sup>1</sup> [...] Ad hunc modum, qui ante omne saeculum exsistit, PG 77, 46 et ex Patre genitus fuit, secundum carnem ex muliere natus dicitur: non quod divina illius natura exsistentiae suaे initium in sacra Virgine sumpserit, aut quod post primam ex Patre, est altera propter seipsam generatione necessario indiguerit: stultum enim planeque ineptum asserere eum qui ante omnia saecula Patri coaeternus exsistit, altera denuo, quo exsistere queat, generatione indiguisse: sed quod propter nos, et propter nostram salutem humana natura secundum hypostasim sibi unita, ex muliere natus est: hinc est quod secundum carnem natus praedicatur. Non enim primo vulgaris quispiam homo ex Virgine ortus est, in quem Dei Verbum deinde sese demiserit; sed in ipso utero carni \* unitum secundum carnem progenitum dicitur, utpote suae carnis generationem sibi ut propriam vindicans [...]. Non enim Scriptura dicit Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnem factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhibetur,<sup>2</sup> id aliud nihil est quam quod perinde ac nos carni et sanguini communicavit.<sup>3</sup> Suum ergo fecit nostrum corpus, prodiitque homo ex muliere, deitate interim,

\*47

<sup>1</sup> Ad Nestorium.

<sup>2</sup> Io. I, 14.

<sup>3</sup> Hebr. II, 14.

τὸ εἶναι Θεός, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι Πατρός· ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σωρκὸς μεμενηκώς δύπερ ἦν. Τοῦτο πρεσβεύει πανταχοῦ τῆς ἀκριβοῦς πίστεως ὁ λόγος· οὕτως εὐρήσομεν τοὺς ἄγίους πεφρονηκότας Πατέρας· οὕτω τεθαρσήκασι Θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἀγίαν Παρθένον, οὐχ ὡς τῆς τοῦ Λόγου φύσεως, ἢτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαθούσης ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου· ἀλλ’ ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἀγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς, ὃ καὶ καθ’ ὑπόστασιν ἐνωθεὶς ὁ Λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα.

PG  
77, 81

1179

Ep. XI.<sup>1</sup> [...] Ἡν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοπος δνόματι Δωρόθεος, τὰ αὐτὰ φρονῶν αὐτῷ, ἀνὴρ χρειοκόλαξ καὶ προπετῆς χείλεσι, καθὼς γέγραπται, ὃς ἐν συνάξει καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐκκλησίας τοῦ Κωνσταντινουπόλεως εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀναστάς, μεγάλη τῇ φωνῇ τετόλμηκεν εἰπεῖν. Εἴ τις Θεοτόκον εἶναι λέγει τὴν Μαρίαν, οὗτος ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ γέγονε μὲν κραυγὴ μεγάλη παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ ἐκδρομή. Οὐ γάρ ἥθελον ἔτι κοινωνεῖν αὐτοῖς τοιαῦτα φρονοῦσιν· ὅστε καὶ νῦν ἀποσυνάκτους εἶναι τοὺς λαοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πλὴν ὀλίγων ἐλαφροτέρων καὶ τῶν κολακευόντων αὐτόν. Τὰ δὲ μοναστήρια σχεδὸν ἀπαντα καὶ οἱ τούτων ἀρχιμανδρῖται, καὶ τῆς συγκλήτου πολλοὶ οὐ συνάγονται, δεδιότες μὴ ἀδικηθῶσιν εἰς πίστιν, αὐτοῦ καὶ τῶν

aut ex Patre nativitate non abiecta; mansit enim in ipsa quoque earnis assumptione quod erat. Hoc exactioris fidei doctrina ubique praedicat: hoc sanctos Patres sensisse reperiemus: ita non dubitabant sacram Virginem Deiparam appellare; non quod Verbi natura, ipsiusve divinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit, sed \*quod sacrum illud corpus anima intelligentiē perfectum ex ea traxerit, cui et Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur.

\*50

PG  
77, 82

1179

Ep. XI.<sup>1</sup> [...] 3. Erat Constantinopoli episcopus nomine Dorotheus, eadem quae ille sentiens, vir quaestus causa adulatioṇi deditus, linguaque ad temeritatem usque sicut scriptum est, promptus. Is in publico conventu, reverendissimo Nestorio in cathedra Constantinopolitanae ecclesiae sedente, surgens, magna voce inelamare ausus est: Si quis Mariam Deiparam dixerit, anathema sit. Tum ingens universi populi clamor et discessio consecuta est. Nolebant enim cum iis amplius communionem habere qui talia sentirent; adeo ut etiamnum plebs Constantinopolitana, paucis levioribus et qui illi adulantur exceptis, synaxi abstineat. Sed neque eo convenient monasteria pene omnia eorumque archimandritae et senatorum multi, verentes ne aliquod in fide detrimen-

<sup>1</sup> Ad Coelestinum I Pp.

σὺν αὐτῷ, οὓς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἀναδοίνων ἤγαγε, πάντων λαλούντων τὰ διεστραμμένα.

- 1180** Ep. XVII.<sup>1</sup> [...] Καὶ ἐπειδὴ Θεὸν ἐνωθέντα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν PG 77, 117  
ἡ ἀγία Παρθένος ἐκέτοκε σαρκικῶς, ταύτη τοι καὶ Θεοτόκον εἶναι φαμεν αὐτήν, οὐχ ὡς τῆς τοῦ Λόγου φύσεως τὴν τῆς ὑπάρξεως ἀρχὴν ἔχοντος ἀπὸ σαρκός· «*Ἔν γάρ ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ \*Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*»· καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής, συναττίος τῷ Πατρί, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· ἀλλ’, ὡς ἥδη προείπομεν, ἐπειδὴ καθ’ ὑπόστασιν ἐνώσας ἔστη τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μήτρας αὐτῆς γέννησιν ὑπέμεινε σαρκικὴν· οὐχ ὡς δεηθεὶς ἀναγκαίως, ἢτοι διὰ τὴν ἴδιαν φύσιν, τῆς ἐν χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰώνος καιροῖς γεννήσεως· ἀλλ’ ἵνα καὶ αὐτὴν τῆς ὑπάρξεως ἡμῶν εὐλογγήσῃ τὴν ἀρχήν· καὶ τεκούσης γυναικός αὐτὸν ἐνωθέντα σαρκί, παύσηται λοιπὸν ἡ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἀρὰ πέμπουσα πρὸς θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα, καὶ τὸ «*Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα*», δι’ αὐτοῦ καταργούμενον, ἀληθὲς ἀποφήνη τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· «*Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας*»· καὶ πάλιν· «*Ἄφειτεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου*». Ταύτης γάρ ἔνεκα τῆς αἰτίας, φαμέν αὐτὸν οἴκο-

tum accipiant, cum et ille et ii omnes quos secum Antiochia discedens adduxit, perversa praedicent.

- 1180** Ep. XVII.<sup>1</sup> [...] Quia vero sacra Virgo Deum carni secundum PG 77, 118  
hypostasim unitum corporaliter genuit, ob id illam quoque Dei-param esse dicimus; non quod Dei Verbi natura exsistendi initium ex carne traxerit: *Erat enim Verbum in principio, et Deus erat Verbum, et \*Verbum erat apud Deum:*<sup>2</sup> et ipsum saecula condidit, Patrique coaevum res omnes procreavit; sed quia humana natura secundum hypostasim sibi unita, corpoream, ut modo dicebamus, ex utero nativitatem expertum est: non quod propter naturam propriam temporali, ea videlicet quae in novissimis saeculi temporibus accedit, nativitate necessario indigeret: sed quo nostrae quoque substantiae ortum sua benedictione cumularet, maledictioque, quae mortalia corpora nostra in mortem praecipitabat, hoc ipso in posterum contra universum genus nostrum saevire desisteret, quo illud carni unitum ex muliere in lucem prodiisset; et illo tandem: *In dolore paries filios,*<sup>3</sup> per ipsum labefactato; verum esse ostenderet quod prophetae voce dictum fuerat: *Absorpsit mors praevalens;*<sup>4</sup> et rursum: *Abstulit Deus omnem lacrimam ab omni facie.*<sup>5</sup> Hac ipsa quoque de

<sup>1</sup> Ad Nestorium.

<sup>2</sup> Io. I, 1-2.

<sup>3</sup> Gen. III, 16.

<sup>4</sup> Osee XIII, 14.

<sup>5</sup> Isa. XXV, 8.

νομικῶς, καὶ αὐτὸν εὐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθεῖν κεκλημένον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὅμοι τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις. Ταῦτα φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων Πατέρων ἀληθοῦς ὅμολογίας. Τούτοις ἀπασι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν συναινέσαι χρή, καὶ συνθέσθαι δίχα δόλου παντός. <sup>1</sup>Α δέ ἔστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέκτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

I. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἄγιαν Παρθένον (γεγένηκε γάρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον), ἀνάθεμα ἔστω.

<sup>PG</sup>  
<sup>77, 176</sup> Ep. XXXIX. [...] Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν <sup>1181</sup>  
Χριστόν, τὸν Γίδὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἀνθρωπὸν  
\*<sup>177</sup> τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς \* καὶ σώματος πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ  
Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν  
τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρ-  
θένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ  
τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γάρ φύσεων  
ἔνωσις γέγονε· διὸ ἐνα Χριστόν, ἐνα Γίδον, ἐνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Κατὰ

causa simul cum sanctis apostolis ad nuptias in Cana Galilaeae vocatum, hue se contulisse, suaque benedictione easdem dispensatorie co honestasse dicimus.<sup>1</sup> Haec tenere, haec sapere cum a sanctis apostolis et evangelistis, tum ab universa quoque sacra et divina Scriptura, tum ex veraci denique sanctorum Patrum confessione edocti sumus. His omnibus et te quoque subscribere, et citra omnem fucum ac dolum una nobiscum assentiri oportet. Quae vero a tua reverentia anathematis exsecratione condemnari necesse est, ea nostrae huic epistolae in hunc modum subiiciuntur.

I. Si quis non confitetur Emmanuel verum Deum esse, et ob id sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem), anathema sit.

<sup>PG</sup>  
<sup>77, 175</sup> Ep. XXXIX.<sup>2</sup> [...] Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum <sup>1181</sup>  
Christum Filium Dei unigenitum, Deum esse perfectum, et hominem perfectum ex anima rationali \* et corpore constitutum; ante  
\*<sup>178</sup> saecula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem: eumdem Patri consubstantiale secundum divinitatem, nobis item coessentiali secundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta est unio: et propterea unum Christum, unum Filium, unum Dominum con-

<sup>1</sup> Io. II, 1 ss.

<sup>2</sup> Ad Ioannem Antiochenum.

ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἐνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἀγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐνῶσαι ἔστω τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνάς, ἵσμεν τοὺς θεολόγους ἀνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἐνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς Ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἔστων τροφοῦντας εὐρίσκοντες (εἰς γάρ Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα), ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν δλῶν Σωτῆρα Θεόν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἀγίων ἡμῶν Πατέρων, συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἱ τε παρ' ἡμῖν καὶ αἱ παρ' ὑμῖν Ἑκκλησίαι. Ἐπειδὴ δὲ ἐπιθύμην τῶν φιλοφυγεῖν εἰωθέτων τινὰς σφηκῶν ἀγρίων δίκην περιθομένην, καὶ μαχθηρούς ἐρεύγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθέν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου λέγοντος τὸ ἄγιον σῶμα Χριστοῦ, δεῦν ὥγθην ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. Ὡς ἀνόητοι, καὶ μόνον εἰδότες τὸ συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρηγέλθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν; Ἔδει γάρ, ὅδει σαφῶς ἐννοεῖν, ὅτι σχεδὸν ἀπας ἡμῖν ὁ περὶ τῆς

itemur. Secundum hunc inconfusae unitatis intellectum, sanctam Virginem Deiparam esse confitemur, propterea quod Deus Verbum incarnatum sit et homo factum, et ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Evangelicas autem et apostolicas de Domino voces, scimus theologos alias quidem tanquam ad unam personam pertinentes, communes facere; alias vero tanquam in duabus naturis divisim usurpare: et illas quidem Deo dignas secundum Christi divinitatem; alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere.

Cum has ergo sacras vestras voces legissemus, et nos ipsos quoque non aliter sentire animadvertissemus (*unus est enim Dominus, una fides et unum baptisma*);<sup>1</sup> glorificavimus omnium Salvatorem Deum, nobis invicem congratulantes, quod nostrae vestraeque Ecclesiae fidem divinis Scripturis sanctorumque Patrum traditionibus congruentem habeant. Quoniam vero comperi quosdam ex iis, quibus cavillari mos est, instar agrestium vesparum circumstrepere, improbosque sermones contra me eructare, quasi dicerem sanctum Christi corpus non ex sancta Virgine sumptum, sed e coelo allatum, esse operae pretium ratus sum pauca hac de re contra illos disserere. O stolidi, et tantum calumniandi periti, quomodo in hanc abducti estis sententiam? quomodo in tantae insipientiae morbum incidistis? Intelligere namque

<sup>1</sup> Ephes. IV, 5-6.

πίστεως ἀγών συγκεκρότηται, διαθέσσαιοιμένοις ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἄγια Παρθένος. Ἀλλ' εἰπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς τὸ ἄγιον σῶμα γεγενῆσθαι φαμεν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς ἀν ἔτι νοοῖτο Θεοτόκος; Τίνα γάρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μή ἐστιν ἀληθές, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουὴλ; Γελάσθωσαν τοῖνυν οἱ ταῦτα περὶ ἐμοῦ πεφλυαρηκότες. Οὐ γάρ φεύδεται λέγων ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· «'Ιδού ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται Γίόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ· ὃ ἐστι μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἄγιος Γαβριὴλ, πρὸς τὴν μακαρίαν Παρθένον εἰπὼν· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γάρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἴδού συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ Γίόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν».

## HOMILIAE

PG  
77, 988

**Homilia III.** [...] Ἀλλ' ἐπέφανεν ἡμῖν, ὡς ἔφην, μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός, διν ἡ ἄγια Θεοτόκος καὶ ἀπειρόγαμος Μαρία ἐκ παρθενικῶν ἡμῖν λαγόνων ἐδιλάστησε, τὸ ζωοποιὸν βλάστημα, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεόν, τὸν ἐλεύθερον ἐν δούλου μορφῇ.

1182

plane oportuit universum fere certamen pro fide a nobis esse suscep-  
tum, quod sanctam Virginem Dei Genitricem esse constanter affir-  
mamus. At si sanctum corpus nostri omnium Salvatoris Christi non  
ex Virgine natum, sed e coelo allatum asserimus, quomodo illam Dei  
Genitricem esse intelligemus? Quem enim tandem illa peperit, si Em-  
manuel secundum carnem vere non peperit? Risu proinde explo-  
dendi sunt, qui eiusmodi nugas contra me garriunt. Neque enim men-  
titur beatus propheta Isaías dum ait: *Ecce virgo in utero habebit, et*  
*pariet filium; et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.*<sup>1</sup> Vera quoque prorsus praedicat et sanctus Gabriel, dum beatam Virginem, ita affatur: *Ne timeas, Maria; inventisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*<sup>2</sup>

1182

PG  
77, 987

**Homilia III.** [...] Verum, ut modo aiebam, apparuit nobis unigeni-  
tum Dei Verbum, pastor ille bonus, et agnus verus, quam sancta  
Dei genitrix et nuptiarum expers Maria, e virginis visceribus nobis  
peperit, german vivificum, inhumanatum Deum, in servi forma  
liberum.

<sup>1</sup> Isa. VII, 14; Matth. I, 23.<sup>2</sup> Lc. I, 30, 31.

1183

Homilia IV.<sup>1</sup>PG  
77, 992

Φαιδρὸν ὁρῶ τὸ σύστημα τῶν ἀγίων, πάντων συνεληλυθότων προθύμως, κεκλημένων ὑπὸ τῆς ἀγίας καὶ Θεοτόκου Μαρίας, τῆς δεὶ Παρθένου. Ἀλλὰ γὰρ ἐν λύπῃ με διάγοντα πολλὴ εἰς χαρὰν μετέδαλεν ἡ τῶν ἀγίων Πατέρων παρουσία. Νῦν ἐπληρώθη πρὸς ὑμᾶς τὸ τοῦ ὑμνογράφου Δαβὶδ γλυκερὸν ῥῆμα: «'Ιδού δὴ τί καλόν, ἢ τί τερπνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό»; Χαίροις τοίνυν παρ' ἡμῶν ἀγίᾳ μυστικῇ Τριάς, ἢ τούτους ἡμᾶς πάντας συγκαλεσαμένη ἐπὶ τήνδε τὴν ἔκκλησίαν τῆς Θεοτόκου Μαρίας. Χαίροις παρ' ἡμῶν, Μαρία Θεοτόκε, τὸ σεμνὸν κειμήλιον ἀπάστης τῆς οἰκουμένης, ἢ λαμπάς ἢ ἀσθετος, ὃ στέφανος τῆς παρθενίας, τὸ σκῆπτρον τῆς δρθιοδοξίας, ὃ ναὸς ὁ ἀκατάλυτος, καὶ χωρίον τοῦ ἀχωρήτου, ἢ μήτηρ καὶ παρθένος· δι' ἡς ὄνομάζεται ἐν τοῖς ἀγίοις Εὐαγγελίοις εὐλογημένος, ὃ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· χαίροις, ἢ τὸν ἀχώρητον χωρήσασα ἐν μήτρᾳ ἀγίᾳ παρθενικῇ· δι' ἡς Τριάς ἀγιάζεται· δι' ἡς σταυρὸς τίμιος ὄνομάζεται, καὶ προσκυνεῖται εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· δι' ἡς ὁ οὐρανὸς ἀγάλλεται· δι' ἡς ἀγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι εὑφραίνονται· δι' ἡς δαίμονες φυγαδεύονται· δι' ἡς διάδοιος πειράζων ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ· δι' ἡς τὸ ἐκπεσὸν πλάσμα εἰς οὐρανούς ἀναλαμβάνεται· δι' ἡς πᾶσα ἢ κτίσις εἰδωλομανίᾳ κατεχομένη, εἰς

1183

Homilia IV.<sup>1</sup>PG  
77, 991

Sanctorum coetum, qui a sancta et Deipara, semperque Virgine Maria invitati prompto animo huc confluxerunt, laetum erectumque conspicio. Quare licet multa premerer moestitia, attamen hic sanctorum Patrum conspectus laetitiam mihi praebuit. Nunc dulee illud hymnographi Davidis verbum apud nos impletum est: *Ecce iam quid bonum, aut quid iucundum, nisi habitare fratres in unum?*<sup>2</sup> Salve itaque a nobis, sancta, mystica Trinitas, quae nos omnes in hanc sanctae Mariae Deiparae ecclesiam convocasti. Salve a nobis, Deipara Maria, venerandus totius orbis thesaurus, lampas inexstinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectae doctrinae, templum indissolubile, locus eius, qui loco capi non potest, mater et virgo; per quam is benedictus in sanctis Evangelii nominatur, qui venit in nomine Domini:<sup>3</sup> salve, quae immensum incomprehensumque in sancto virgineo utero comprehendisti, per quam sancta Trinitas glorificatur et adoratur; per quam pretiosa crux celebratur, et in universo orbe adoratur; per quam coelum exsultat, per quam angeli et archangeli laetantur, per quam daemones fugantur, per quam tentator diabolus coelo decidit, per quam prolapsa creatura in coelum assumitur; per quam universa creatura, idolorum vesania detenta, ad veritatis agnitionem pervenit;

<sup>1</sup> Homilia Ephesi habita, a. 431, contra Nestorium (RPhTh 546).

<sup>2</sup> Ps. CXXXII, 1.

<sup>3</sup> Matth. XXI, 9.

ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλήλυθεν· δι’ ἡς βάπτισμα ἄγιον γίνεται τοῖς πιστεύουσιν· δι’ ἡς ἔλαιον ἀγαλλιάσεως· δι’ ἡς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι τεθεμελίωνται· δι’ ἡς ἔθνη ἀγονται εἰς μετάνοιαν. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; δι’ ἡς ὁ μονογενὴς Γίδες τοῦ Θεοῦ φῶς ἔλαμψε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· δι’ ἣν προφῆται προεμήνυσαν· δι’ ἡς ἀπόστολοι κηρύττουσι σωτηρίαν τοῖς ἔθνεσι· δι’ ἡς νεκροὶ ἐγέρονται· δι’ ἡς βασιλεῖς βασιλεύουσι, διὰ Τριάδος ἄγιας. Καὶ τίς δυνατὸς ἀνθρώπων, λέγειν τὴν πολυύμνητον Μαρίαν; Ἡ μήτρα ἡ παρθενική· ἀ τοῦ θαύματος! Ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα. Τίς ἤκουσε πώποτε οἰκοδόμον, ναὸν ἴδιον οἰκοδομήσαντα, καὶ κωλυόμενον οἰκεῖν ἐν αὐτῷ; Τίς ἴδιαν δούλην μητέρα προσκαλεσάμενος ἐνυδρίζεται; Ἰδοὺ τοίνυν χαίρει τὰ σύμπαντα· θάλαττα δὲ ὑπετάγη, τοὺς ἴδιους συνδούλους ἐπιυγόσσα, καὶ σκιρτῶντων κυμάτων ἀγρίων, ἡ τῶν ἄγίων ἐπίβασις εἰς γαλήνην μετέβαλεν· ἐμέμνητο γάρ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς ἡ δούλη ἐπανισταμένη, λέγοντος «Σιώπα, πεφίμωσο». Γαῖαν δέ, τὴν ποτε ὑπὸ ληστῶν διοδευομένην, ἡ τῶν πατέρων ὅδοιπορία εἰς εἰρήνην μετέβαλεν· ὡς ὥραῖοι γάρ οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων· ποίαν εἰρήνην; Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν, \* δν ἔτεκε Μαρία, ὡς αὐτὸς ἡθέλησε.

\*993

per quam sanctum baptisma obtingit credentibus, per quam exsultationis oleum, per quam toto terrarum orbe fundatae sunt Ecclesiae, per quam gentes adducuntur ad poenitentiam: et quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris et in umbra mortis sedebant,<sup>1</sup> lux resplenduit; per quam prophetae praenuntiarunt, per quam apostoli salutem gentibus praedicarunt, per quam mortui exsuscitantur, per quam reges regnant, per sanctam Trinitatem. Equis hominum laudabilissimam illam Mariam pro dignitate celebrare queat? Ipsa et mater et virgo est; o rem admirandam! Miraculum hoc me in stuporem rapit. Quis unquam audivit, aedificatorem prohiberi, ne proprium templum quod ipse construxerit, inhabitaret? Quis ob id ignominiae sit obnoxius, quod propriam famulam in matrem asciscat? Ecce igitur omnia gaudent: mare, conservos suos agnoscens, sese subdidit, sanctorumque transitus, ferocibus exsultantibusque fluctibus in tranquillitatem ipsum convertit; meminit enim serva maris aqua, quamvis tumidi et insurgentis, vocis Salvatoris dicentis: *Tace, obmutesce.*<sup>2</sup> Terram \* vero, quam latrones quondam infestabant, sanctorum iter pacatam reddidit. Quam enim speciosi pedes evangelizantium pacem! Quam pacem? Dominum nostrum Iesum Christum, quem peperit Maria, sicut ipse voluit.

<sup>1</sup> Lc. I, 79.<sup>2</sup> Marc. IV, 39.

\*994

**1184** Homilia XV, 3. Πῶς οὖν γέγονεν καθ' ἡμᾶς; Σῶμα λαβόν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου· σῶμα δὲ οὐκ ἔψυχον, καθάπερ ἔδοξέ τισι τῶν αἱρετικῶν, ἔψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ λογικῇ. Οὕτω προηγήθεν τέλειος ἄνθρωπος ἐκ γυναικός, χωρὶς ἀμαρτίας· ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ οὐκ ὀλιγωρήσας τοῦ εἶναι Θεός, οὔτε μὴν ἀποδεβληκώς ὅπερ ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, Θεός· οὕτω Θεοτόκον φαμὲν τὴν ἀγίαν Παρθένον· ὡς γάρ ὁ μακάριος Παῦλος φησιν· «Εἰς Θεὸς καὶ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς Ἰησοῦς Χριστός, δι’ οὗ τὰ πάντα»· οὐ γάρ διαιροῦμεν τὸν ἕνα καὶ Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν εἰς δύο οὐσίας, τὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον τοῦ Θεοῦ Λόγου· οὐδέποτε, καθάπερ οἴονται τινες τῶν αἱρετικῶν καὶ ἀσυνέτων, ἀνακεχυμένων ὥσπερ εἰς ἀλλήλας Θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἥγουν τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταχωρήσαντος εἰς φύσιν σαρκός, ἢ καὶ τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης εἰς φύσιν Θεότητος· ἀτρεπτος γάρ καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ’ ὅτι σάρκα ἔψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἐνώσας ἔσυτῷ ἐκ τῆς ἀγίας \* Παρθένου κατὰ ἀλήθειαν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀφράστως σεσαρκώσθαι \*1093

**1185** 4. Ἀρκεῖ τοιγαροῦν πρὸς ὄρθην καὶ ἀδιάβλητον τῆς πίστεως ἡμῶν ὅμολογίαν, τὸ Θεοτόκον λέγειν καὶ ὅμολογειν τὴν ἀγίαν Παρθένον· τόγε μὴν προσεπάγειν διτι καὶ ἀνθρωποτόκος, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε ἐπωφελές· ἔνα γάρ

**1184** Homilia XV, 3. Quomodo igitur par nobis effectus est? Corpore nimirum sumpto de sancta Virgine: corpore, inquam, non ut nonnullis haereticis visum est, inanimi, sed anima rationali informato. Sic homo perfectus processit de muliere, absque peccato; vere, non apparenter ac phantastice: haud sane omittens divinitatem, neque id abiiciens quod semper fuerat, et est, eritque, Deus. Atque hoc pacto Deiparam dicimus esse sanctam Virginem. Sicut enim beatus Paulus ait: *Unus Deus et Pater, ex quo omnia; et unus Jesus Christus, per quem omnia;*<sup>1</sup> nequaquam in duos filios dividimus unum Deum ac Servatorem nostrum, humanatum atque incarnatum Dei Verbum. Nec vero quod (ut nonnulli arbitrantur haeretici ac fatui, qui confundunt veluti invicem Deitatem atque humanitatem) vel Dei Verbum in carnis naturam transiverit, vel caro in deitatis naturam sit mutata (est enim invertibile planeque immutabile Dei Verbum); sed quia carnem anima rationali animatam sibi ex sancta Virgine vere univerit \* Dei Verbum, idecirco ineffabiliter incarnatum dicitur atque humanatum.

**1185** 4. Sufficit itaque ad rectam et irreprehensibilem fidei nostrae confessionem, dicere et confiteri sanctam Virginem esse Deiparam: addere enim quod sit hominipara neque necessarium est neque utile.

<sup>1</sup> I Cor. VIII, 6

Θεὸν ἐδιδάχθημεν δόμολογεῖν καὶ πιστεύειν αὐτὸν, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, καθὼς ὁ Παῦλος: «Εἰς Θεός, εἰς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων». ἀνθρώπων μὲν γάρ γενέσθαι φαμὲν ἀτρέπτως τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον. Καὶ ὅσον μὲν ἦκεν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, τέτοκεν ἡ ἀγία Παρθένος τὸ ἑαυτῇ τε καὶ ἡμῖν δόμοούσιον σῶμα: ἀλλ’ ἐν γε τῷ Θεοτόκῳ εἰπεῖν, συνεισάγεται πάντως καὶ ἡ τούτου δήλωσις: οὐ γάρ θεότητα τέτοκε γυμνὴν ἡ ἀγία Παρθένος, ἀλλ’ ἐνωθέντα σαρκὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον· καὶ οὐκ ἂν ἐτέρως νοοῖτο Θεοτόκος, εἰ μὴ κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον· ὥστε προειστρέχει πάντως ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως δόμολογία· καὶ οὕτως ἔσται λοιπὸν ἀληθές, ὅτι Θεοτόκος γέγονεν ἡ ἀγία Παρθένος ἀποτεκνῦσα παραδόξως ἔνα Χριστόν, παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκότα σαρκὸς καὶ αἷματος, καὶ δόμοούσιον αὐτῇ τε καὶ ἡμῖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς εἶναι τὴν σάρκα ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας.

---

Namque unum Deum edocti sumus confiteri ipsum et credere, ut Paulus ait: *Unus Deus, et unus mediator Dei et hominum.*<sup>1</sup> Namque hominem factum esse invertibiliter Dei Verbum dicimus. Et quod attinet ad carnis naturam, peperit sancta Virgo sibi et nobis consubstantiale corpus: verumtamen dum Deiparam dicimus, huius quoque rei significatio comprehenditur: non enim nudam peperit Divinitatem sancta Virgo, sed unitum carni Verbum Dei. Neque aliter intelligi posset Deipara, nisi hoc quem dicimus modo. Quare praecurrit omnino humanitatis confessio. Atque ita verum evadit, quod Deipara facta sit sancta Virgo dum peperit mirabiliter unum Christum, aequo ac nos participem carnis et sanguinis, et consubstantialem ei nobisque secundum humanitatem; ita ut caro ex Deipara Maria extiterit.

<sup>1</sup> I Tim. II, 5.

● PG 76, 48, 49, 64, 69, 84, 120, 121, 153, 176, 184, 197, 244, 277, 284, 289, 304, 309, 324, 325, 341, 349, 380, 429, 893, 897, 900, 924, 1148, 1160, 1176, 1189, 1220, 1260, 1276, 1301, 1316, 1317, 1340, 1409, 1416, 1438, 1440, 1444.

● PG 77, 13, 24, 25, 32, 36, 60, 68, 84, 85, 96, 98, 109, 133, 171, 189, 192, 197, 221, 229, 257, 260, 264, 276, 288, 312, 317, 326, 330, 333, 347, 424, 532, 569, 664, 741, 776, 777, 780, 829, 856, 980, 996, 1048, 1049, 1053, 1056, 1060, 1061, 1064, 1065.